




Cod. lat. monac. 294
(Ex bibliotheca Mathiae Corvini)



H. 2. 41





204.

1150. lat. 294.

REGIA
MUNICIPALIA
REGIA
MUNICIPALIA

11



MATTHIAE REGI VNGARIE 70

Vam maxime ualeat Rex Sc: ad bella gerenda p
scoꝝ res gestas perlegere pfecto neminem latet
qui ad tū militariū peritia historiāꝝ cognitiōe
adiecerit. Nam ut romē Catonē accepim⁹.

dum interea cogeret senat⁹ libros solutum i curia lectitare ut
postea in consulendo et tempu. administrando q̄optime
maioꝝ posset exemplis ei sententiā confirmare. Sic item & se
pe in castris prestantes illos exercit⁹ duces ueterū facta cōme
minisse. ut Achillem homer⁹ inducit a p̄lio redauitem.
ea in te quiescendo maxie delectatū. uiroꝝ ut fortium
laudes decantaret. quod equidē reoꝝ. et te dum p̄ociū
licet sepi⁹ facitare. et priscoꝝ egregie p̄ncipum gesta. uel
memoriter recensere uel ex libris repetere. ut maioribus
animis ac prudentia aggredi quea. que ex iusto tibi sunt
bello. et cum tutal⁹ precipue xp̄iano nomini omnium in
sensibilissim⁹. inuenda certamina. cū hec p̄culdubio per te
ueluti peculiate auitumq. ac reoꝝ decusiamdiū suscep
ta sic sint. ut solus in terris mortalium uidearis. ad tu
endam seruandamq. christianam tempu. a deo ipso delec
tus. Ipse uero de rebul⁹ bellicis librum ad te qui in his sis
facile princeps nunc mitto. missurus post hunc maiorū
uoluminū alterum. ut saltem hoc pacto benemereri de te
tam optimo possim christianē fidei defensore. et animo
satisfacere meo. Maestati tue mirifice dedito. ~ ~

CHRISTOPHORVS PERSONA DICAVIT



AGATHIVS DE BELLO GOTTHORVM
ET ALIIS PEREGRINIS HISTORIIS
PER CHRISTOPHORUM PERSONA ROMANVM
E GRAECO IN LATINVM TRADVCTVS

AVCTORIS PROLOGVS



PEREPRETIVM. IN bello uictorie sunt et Trophaea: urbiumq; exedificationes et ornamenta & ciuita deniq; quae uel magnitudine praesent: uel digna sunt laude: haec ferme et istiusmodi coetera adepti iam et gloriam afferunt:

et uoluptatem: mortuos uero et ad uitam aliam abiuntes: haudquaquam sequi facile uolunt: quin potius obliuio mox interueniens occultando autem terret ueros rerum gestatarum euentus: et ubi e uita excellerint: qui eas nouerint: abscedit simul & fugit una oblitterata cognitio: Sic fit ut nuda recordatio quaedam et simplex inuutilis sit & plane inconstans: ita ut nequeat prorsus in longum extendi tempus: Ipse uero haudquaquam existima uerum ullos hominum aut pro patria subisse



pericula aut alios suscepisse labores: cum essent no
nescii: quod si uel res maximas gesserint: deperi
turam secum una quandoq; et gloriam esse: deflu
xuramq; breui: ut que eorum dumtaxat uitae
curriculo dimensa sit: nisi quis ut apparet pro
uidentia quadam diuina: naturae obfirman
te fragilitatem: que historie insunt: queue ex
ea sperantur: superinduxerit bona. Non enim
coronae ob gratiam que ex oleastro selino ue
constet: olympioniaci athlete in palestris exue
bantur: nec bello boni decertatores exuiiarum
decausa assequendarum: et futuri mox Lucri
auuiditate: in prompta sese et aperta discrimina
ingerunt: sed ob firmiorem immortalenq; glo
riam: qua frui haud sane aliter queunt: nisi ac
cedat historia que ipsos faciat immortales: no
ut Zamolxidis instituta et Getica desipientia
faciunt: sed modo quodam diuino et immorta
li et quo solo mortalia ista uiuere perpetuo pos
sunt: non igitur facile fuerit omnia explicare
aut enumerare: quot bonis historia humanam
expleat uitam et summam ut dicam: civili
philosophia haud longe inferiorem hanc duxe
rim: in forte plus aliquid conferat: siquidem
hec ipsa historia haud secus ac domina: nec

3

nutabunda quidem nec adulatrix iubet plerunq;
et plane constituit: quibus nam sit inherendum:
que ue sint fugienda: et perinde necessitatem per
suadendo immisceat: in animos se dum insinu
at uirtutemq; collocat: ubi plurimum allicibili
uititur oratione: uel exemplorum uarietate: ue
luti condimentis: que narrantur excolit: ea di
cendo confirmans: in quibus homines rectiore
consilio usi: uel equitate probatiores sint red
diti: uel forte pro cuiusq; sententia: siue fortu
na duce et hac aduersante: falsi quandoq; a rec
to decoroq; aberrauerint: nam mortalium animi
est illud precipue insitum: ut ad uirtutem incli
nent: et ultro hanc appetant: Ipse igitur hec iam
pridem animaduertens et admiranda esse ma
ximum in modum raris: collaudandos existi
maui: ut in omnes beneficos: qui tale aliquid scri
bendo elaborarunt: Sed mihi haudquaq; antehac
uisum: id ut laboris aggrederer: uel a principio
attentarem: fueram namq; uel in prima illa
mea etatula heroicis modulationibus apprime
deditus: et poetice artis suauitudinib^o delecta
bar: atq; adeo: ut in exámetro breuia poemata
quedam ediderim: que daphnica nuncupant^r:
amatorius fabulis uariata nonnullis et cimo

di plena decepiunculis. Et sane tum primum dignū
id laude uidebatur. et nihil ingratum. si ea quę
apud quosdam recens conscripta essent. nec in ap-
tum a nonnullis ut mussitantibus ederentur. in
unum utcunq; liceret colligerem. et singula que
q; ordine suo distincta perscriberem. et id quidem
mibi sedulo factitatum. hac igitur nostra etate
ubi magna undequaq; terrarum bella exinspera-
to contigit erupisse. exciriq; sedibus suis barba-
rorum nationes non paucas. et rerum gestarum
fidem uix capientium. absurdiores constet fuisse
euentus. temerariosq; et diuersos fortune casus. et
generationes preterea ad internitionem attritas.
et urbes captas. traductosq; alio incolas. atq; ad
ut commota omnia sint. timor incessit animum.
ne forte haudquaę par sit. ea facta que ut inge-
tia sunt et miranda. ita et posteris profutura. in-
explicata relinquere. ac silentio preterire. Quocir-
ca non indecens fore existimaui. utcunq; illa pe-
riclitando perscribere. ne omnis uita in fabulis
et superuacaneo quodam labore consumeretur.
et quamuis haud prius me ad historiam conscri-
bendam contulerim. q̄ Iustinus ipse et iunior Iu-
stiniano suo iam fato perfuncto Imperium guber-
naret. recurram tamen ad tempora ipsa superio-

4

ra: ita ut quæ alius nemo scribendo elaborauit: p-
prium opus facturus sim: tamen pleraq; Iustini-
ani tempore gesta: quæ Procopius Cæsariensis et
rhetor diligenter conscripsit: pretereunda nunc
uideantur: ut per eum sufficienter iam explicata:
quæ uero deinceps sunt subsequuta pro uiribus mi-
hi narranda desumpsi: Cæterum Procopius ab Ar-
chadii morte exorsus historiam est: qui Isidorigi
perfarum regi: et imperii procuracionem et theodo-
ri filii curam reliquit: et ab his insuper quæ Vra-
bano Perozoq; accidere: Narrat preterea quemad-
modum Cauades imperator creatus regno priua-
tus sit: quod statim recuperarit: utq; et Amida
Anastasius romanorum rex cepit: et post hunc
item Iustinus Imperator: et Semor eadem in re ut
plurimum insudarit: post hæc perfarum prelia ex-
plicat: et quæ Iustinianus Imperator aduersus Ca-
uadem Chosroemq; reges: circa Syriam Armeniaq;
et per pelagorum confinia gesserit: utq; vandalo-
rum Gelimer: id loco est nomen: Charchidonque
vrbs: et Afrorum regio omnis per Bonifatium Ge-
zericumq; prefectos: post defeccionem multis po-
st annis Iustiniano in seruitutem concesserint:
cum alias quondam sub romanorum fuissent Im-
perio: deletisq; vandalis: quæ nam gens illa siue

intulerit siue perpessa sit mala: cum in lybia et mit
tis in locis contra romanos acie instructa proces
serint: utq; Stateras ille et Gontharis: et si parti
um romanorum fuissent Tyranni tamen iam fac
ti ingentium calamitatum et seditionum lybiis
causam prebuere: nec prius sedata sint mala q̄
uiri isti deperderentur: Ciuilem preterea scribit
Byzanti aduersus imperatorem seditionem exo
tam: maximum processisse in malum: et damno
rem publicam affectisse: factasq; per vnnos incurso
nes: qui ea tempestate histrum flumen transgressi
romanum imperium acerbissime deuastarint Il
lyrios Thessalosq; et Europe alia pleraq; depopu
lati: et Asiae partem nonnullam in helespontum
transierint: Surorumq; urbem: in Syria berriaq;
et ad orontem fluum Antiochiam hostiliter
fuisse a chostroe persarum rege deletas: E desseq;
civitatem obsessam: a qua postmodum depulsus
abcesserit. Poterunt igitur ex Procopii scriptis
non solum hec noscari: sed ethiopum omerita
rumq; acies peruideri: et causam simul cur vtre
q; lx gentes ad inimicitias uenerint: q̄ multa il
le de morbo pestilentissimo dixerit: qui tunc tem
poris in genus humanum irrepserat: et q̄ ablu
da cum eo simul inuasert: poterit deinceps ex

codem ipso Procopio colligi: quemadmodum multa
et strenue Romanus exercitus circa alazorum ca-
stella et petre presidium aduersus chorianem et
Mermetoem petrarumq; multitudinem gesserit. Po-
ro transgressus ad occidentis is plagam: haudqua-
preterit: Theodoricum gothorum regem excessis-
se e uita eiusq; filium Aminundam per Thudary-
quendam occisum: unde et gothicum bellum eua-
perit: nec plane omnisit: Uitigem quempiam q;
post Thudatum Gothorum potius imperio est: &
per Belissarium prefectum: post multa certamina
bello fuisse deuictum: Byantiumq; demum ad
Imperatorem transmissum: Siciliamq; et Romam
et uniuersam Italiam barbaris peregrinis eiectis
iterato patrium et pristinum decus recuperasse: &
Narsetemq; Eunuchum libere mox potestatis pre-
fectum: aduersus Totillam gothorum imperato-
rem creatum: egregie bella gessisse: post hunc pbro-
digeri Teiam gothorum suscepto imperio fuis-
se haud longe post interfectum: hec omnia ad
annum usq; uigesimalium sextum imperii Iustina-
ni sunt gesta: Deniq; Procopius Rhetor in his fi-
nem historie fecit: Ipse uero ad ea que ex his ip-
sis dependent et subsequuta postmodum sunt ex-
plicanda accedam: hincq; tibi initium historie

sumam LIBER PRIMVS

Fias post Totyllam gotthorum dux factus
in unum contractis iam exercitibus ad
uersus Narsetem romanosq: uniuersis
tribus bellum parauit: in eoq: ad inter
mitionem deinctus prelians cadit: qui uero ex
prelio: etsi non multi: superfuere: romanis instan
tibus: nec fugae spatium permittentibus: crebris
tamen oppressi incursionibus: ubi in loca aridi
ora se coegissent: a Narsete has pacis accipere co
ditiones: ut suas terras libere et sine formidine
tegerent: Romanorum tamen imperatori obedi
enter tributa dependerent: Cum itaq: hisce in lo
cis res prospere cederent: uisum est omnibus bel
li finem italiam decetero habituram: Cum id ali
oquin alterius belli principium esset: atq: adeo: ut
plane autumem nunq: nostrum id seculum ma
la huiusmodi relictura: sed permansura perpetuo:
et in maius hec semper auctum iri: quoad huma
na hec natura persuerit: quandoquidem uel a
principio: ut ita dixerim: cum uita simul mor
talium inuecta sint prelia: et sane perica omnis
et que eius historia bellorum sunt plene: nec aliud
es in his competurus ulterius proditum: cuius
rei causam haudquaq: ut uolunt pleriq: astroz

esse decursus uel fatum uel absurdas quasdam ne-
cessitates crediderim: nam si fortuna in omnibus
superaret: demereturq; et mortalibus arbitrari et
uelle: profecto instructiones omnes et artes disci-
plinasq; uanas et plane inuitiles iudicaremus: de-
perdereturq; et euanesceret: instructiosaq; foret
spes recte uiuentium: haud tamen ita se habet: nō
enim deum qui mihi cognitionis sit causa: praedi-
corum ducem esse et caedum conuenit: eum nanq;
qui et summae sit bonitatis et malorum abactor:
homicidam esse et praesul delectari: nec affirmanti
quidem fidem sum prebiturus: Sed in cupiditate
et iniustitias animi hominum sponte labuntur:
discordiisq; et perturbationibus omnia complent:
hinc nimirum perniciter affatim occurrit: natio-
nesq; diripiuntur mortalium: et mortes infinitae
exoriuntur: hunc igitur in modum ea tempestate
et Gothi: iunctis cum romanis foederibus diuer-
si mox abiere: siquidem qui infra padum loca in-
colerent: in tusciam liguriamq; quocunq; animo
ferret: uel forte singuli insueuissent: mox absece-
sere: Alii uero pado traiecto circa tinenetiam per
castella et oppida dispergebantur: in quibus an-
tea permansissent: Cum igitur Gothorum hoc sta-
tu res essent: perdecuisset hos haud dubie et ipsa

et factis ut confirmarent. que iureiurando sanxis-
sent: suaq; securius iam possidentes a diuturnis pe-
riculis uendicarent: ut aliquando tandem a ma-
lis respirarent preteritis. At contra hi cum se ad
breue continuissent res nouandi percupidi: uel
denuo aggredi bellum parabant: suis tamen hi
uiribus parum confisi: cum se pates romanis min-
existimarent: confestim ad francos se contulerunt:
longe melius presentia processura sibi hoc pacto
rati: utilitatemq; ex eo esse ad omnia suspectura:
si cum finitimis propinquisq; ciuitatibus belli so-
cietatem inirent: sic fore ut hostes ocuis debella-
rent. Est autem francorum haec natio italie p-
xima et terminis iuncta: ueteres tamen hos esse
germanos dixere: quod utiq; ex eo sat liquet.
Nam circa Renum hi habitant: et huic propinqs
incolunt terras galliarumq; maximam possi-
dent partem: non propriam: sed vi et impostez
occupatam: habent preterea Massiliam urbem:
lonum olim coloniam: hanc enim focenses quon-
dam per Medos sedib⁹ suis abacti incoluere: Da-
rio istaspei filio rege persarum regnante: nunc
uero greca ex urbe reddita iam barbara est: nam
patrio illo relicto et prisco uinendi modo: impe-
tantium uinitur institutis: tamen si hoc tempore

uideatur non admodum pristina dignitate defectior: nimirum cum germani haudquaquam sint: ut plurimi barbarorum pastores: Sed romanorum politia et aliis institutis et multis utuntur: hisdemque legibus uiuunt: et ceteris item: ut in conuentibus faciendis et nuptiis: medelisque: eadem statuunt: Sunt quippe omnes hi christiani: et rectissime inter ceteros omnes opinionis: habent praeterea per ciuitates antistites sacerdotesque: festos insuper haud secus ac ipsi nos peragunt dies: et sane hi mihi et sic aeterna barbari moribus tamen uidentur quam optimis praediti: et maximum in modum ciuiles: nec quicquam habere quod a nobis hos faciat alienos: praeter uestitus barbariem et uocis innatae sonum linguaeque: quos equidem cum ob eorum uirtutes: tum ob in ceteros equitatem inter seque concordiam mirum in modum admiratioue ac laudibus prosequor: et magnifico: Nam etsi antehac sepe et nostris his quidem temporibus in principes tres pluresue eorum sit partitum imperium: nunquam tamen in inuicem bella suscepisse hos constat: nec ciuili patriam sanguine inquinasse: Cum alioquin ubi magni esse uidentur: et non impares: aut dubii potentatis: ibidem et necessarium sit omnino: et multis de causis inflati

ores animos fieri: honorumq; exoriri et primatus
cupiditates: et infinitos alios animorum affectus:
ut perturbationis: ita et seditionum plenissimos
apud hos tamen: et si diuisa imperia sint: nil pro-
sus offertur huiusmodi: sed si qua forte de re in-
ter principes oriatur contentio: ceteri omnes ad
bellum se parant: ut armis decertaturi: et ita in-
structi simul procedunt: quibus conspectis: utri-
q; dissidentium principum copie: depositis tue-
stigio odii: in gratiam redeunt: iussiq; parent
ut iure potius ea de quibus ambigitur: q̄ armis
decernant: alias uero si pergant suo se malo sci-
rent decertaturos: perinde haudquaquam par foret
nec patria id sineret consuetudo: ut pro priuatis
inimicitias detrimentum res publica ruinaue-
patiatur: his moniti phalangas mox soluant: &
arma deponunt: hoc pacto pace conciliata pla-
cantur: ex tutoq; accessus et mutuo fiunt: innaq;
uersantur: et odia abscessere: Sic fit ut inferiores
et subditi iustitiam simul ac patriam colant: ≠
Principes uero ubi opportunum est ut benignos se
prebent: et facile obsequantur: unde et in res ≠
cum habeant hi firmiores: et legibus hisdem utan-
tur: nulla rerum suarum facta iactura: q̄ multa
sibi et sedulo uendicant: iustitia namq; et caritas

ubicunq; inter mortales fouentur: felicem procul
dubio rem publicam reddunt: stabilemq; atq; a
adeo diu mansuram efficiunt: nec facile iniurie
oportunam: ut capi ab hostibus queat: Franci igitur
cum optimum degant id uitae genus: seiplos
imprimis et proximos quosq; peruncunt: et ex
parentibus filii regna suscipiunt: his uero per id
temporis quo ad se Gotthi oratores misissent rege-
res erant: Sed haudquaquam ab te fore existimaueri:
si istorum genus paulo altius repetendo et breui-
ter enarrando que his antea contigissent: in eos-
sit transgressio nostra haec desitura: qui nam ea go-
thorum tempestate imperio potuerunt: Constat
sane Chilibertum Chlotarium Theudericumq; ac
Clothomerum germanos fratres fuisse: hi itaq; pa-
tre defuncto in partes quatuor partiti imperium:
quantum cognitione capere potui: equam singu-
li partem ciuitatum et gentium accepere: Clotho-
merus uero haud longe post aduersus Burguzi-
ones: qui et gotthicae sunt nationis ductauerunt ex-
citum: qui cum suapte natura et insolenter esset
ad res fellicas promptior: pectus telo transuerbe-
ratus occiditur: eo cadente mox Burguziones
coma animaduersa profusione: que illi ad terga
protendebatur: Sensere hostium ducem se occidit

se Neq; enim fas erat francorum imperatoribus
comam tondere: sed a pueris intonsi manent:
atq; adeo: ut a tergo his defluant crines: Nam
a fronte discriminati utrinq; feruntur: nec sane
turcotum more abarorumq; impexi et squalidi
sordidioresq; capilli his sunt: uel alias calami-
ferati et indecenter perplexi: sed uaria his super-
insundunt unguenta et diligenter pretendo ex-
soluunt: Idq; perinde precipitium et regium dec-
constitutum est solis ut regibus permittatur: nā
subditi circumtonsi sunt omnes: nec prolixior
his coma conceditur: Burguziones igitur clotho-
meri precisum mox caput: hostium exercitibus
ostenderunt: qui statim omnes uelut demortui
facti: desperare de summa rerum iam ceperant
et ignauiter adeo eorum diffracti sunt animi: i-
eamq; trepidationem iam uenerant: ut decetero
inire prelium recusarent: Quo factum est: ut uic-
tores: uti his uisum est: datis conditionibus: et
pro arbitrio pacti bello se liberarint: francorum
copie quia incolumes et integri omnes dimitte-
rentur: uolentes ad sua se receperunt: Sic itaq;
clothomero occiso: quia nondum liberos suscepis-
set: eius statim imperium inter se partiti sunt fra-
tres: Theudericus uero haud multo post tempore

morbo correptus interit: Theudiuerto filio inter
cetera bona: prefecturæ etiam dignitate relicta:
qui paterno suscepto iam regno: et alamanos bel
lo prostravit: et gentes alias uiciniores peruenit:
nam et audacissimus erat et turbulentissimus:
ac preter modum cupidius discrimen: omne ad
bat: unde in ipso belli ardore: quod aduersus To
tyllam gothorum ducem romani susceperant:
Id Theudinertus animo agitabat et curabat eni
xius: ut dum interea Narfes in Italia et Roma
ni simul exercitus labore et sollicitudine teneret
tur: ipse q̄ maximis posset fortissimis et bellicosis
simis copiis in unum coactis ad thracie regionē
ductaret: ibiq; omnibus deuastatis bysantium
regiam urbem bellum transferret: atq; adeo id
consilii re ipsa et factis exequeretur: apparatus
q; superbiorem et prepotentem insuper factitabat:
ut uel ad gepedas longobardosq; et finitimas ali
as nationes: quosdam legarit: ut secum hi om
nes bellum susciperent: non enim ferendum es
se existimabat iustinianum imperatorem suis
et imperatoris prescriptionibus titulisq;: lati
ne alamanice gepediceq; et longobardice et ei
modi nuncupationibus predicasse: se gentes ꝛ
has omnes et nationes subactas habere: et que

admodum ipse hanc grauer ferret iniuriam: ita
et coeteros ut molestius tolerarent orabat: ut se
cum una contumeliam passos. Ipse uero si expedi
tionem hanc ille fecisset. non in bonum audaci
am sibi cessuram crederim: nam siue in thra
ciam siue in Illyricos ille ductasset. quandoqui
dem utrobique omnino et necessario. erat futurum
ut in romanas incidere copias: cum ignominia
haud dubie erat delendus. quod si hec ille animo
demandasset. deinde id uoluisset aut optasset
uniuersaque et pro uotis de se perfecisset. expedie
bar tamen sese ut audaciae et temeritatis argue
ret: qui furorem atque dementiam fortitudinem
duceret: Nam si haudquaquam eius uitae finis rem
quam animo destinarat mox preuenisset: iter
forte aggressus foret: sed cum interea uenatum
is illet mirae magnitudinis Taurus porrectis in
altum cornibus: ei obuiam uenit: erat autem is
non ex pusillis hisce qui terram aratro scindunt
sed siluestris: montanus ferusque: et cornu petens
et magna corporis mole: unde quodecumque obui
um habet obterendo occidit: istiusmodi multi
in his terris aluntur: umbrose namque ibi sunt sil
uae: densi montes: locaque ipsa frigidiora his om
nibus suapte natura animal id delectatur: huc

itaq; taurum Theudericus cum e loco superiore
 in se ruentem uidisset: mox constitit: ut uenabu-
 lum obiecturus: tum ille ubi in proximo fuit cū
 su delatus et impetu: arborem haud sane magnā
 fronte et cornibus impetit: quae statim omnis cō-
 cussa procubuit: simulq; ex ea ingens diffractus
 ramus et solo uiolenter impactus: theuderici ca-
 put afflixit: tum ille cum letifera esset et incurā-
 bili plaga affectus: supinus mox cecidit: et uix-
 dum domum delatus die eadem e uita excessit.
 Theudiualdus itaq; filius regnum suscepit: quem
 etsi iuuenis admodum esset: et sub pedagogo ad
 huc nutiretur: lex tamen patria ad paternum re-
 gnum uocabat. Eo igitur tempore quo Teias suo
 perfunctus est fato: et gothicis rebus peregrina
 per necessaria erant auxilia: apud francos Theudi-
 ualdus et is quidem adolescentulus Childeuert
 q; et clotharius reges: Theudiualdi coniunctis-
 sima iuxta leges romanas cognatione auunculi
 erant: ad hos tamen quia longius aberrant: haud
 quaquam eundum gothi existimauerunt: ad Theudi-
 ualdum uero legatos miserunt: non tamen ex
 uniuersae gentis consensu: sed eorum qui iuxta
 padum tunc habitarent: nam coeteris gothis ha-
 ud dubie erat rerum haec innouatio uoluptati:

et status firmiter turbatio percellerantur tamen
futuri prenotione et fortunæ in æquabilitatem
extimescebant: siquidem suspensis hi animis et
dubis essent: expectando et cogitando que inte
rea fierent: cum alioquin eius sententiæ essent:
uictoribus in ditionem ut cederent: gottorum
itaq; oratores ubi regi in conspectum ueneret et
magistratibus cæteris coram assistere: ne se despi
cerent precabantur a romanis oppressos: sed se
cum una aduersus hos certamen susciperent ge
temq; ut finitimam ita et benignolentia conuinc
tissimam succurrerent: quæ ne funditus euertere
tur in discrimine esset. Monebant præterea nõ
minus et illis permaxime id profuturum: si ꝑ
romanis nul cesserint: ad tam magnas uires euec
tis: sed enixe nunc ne ultra prouerentur coer
ceant: nam si gottorum genus omne procul abe
gerint: haud longepost uel aduersus francos uer
tuos hos esse assuerant: instauraturosq; pri
stina bella: nec fore ut honestior aliqua causa ꝑ
ad auaritiæ prouocationem his desit: quin poti
us hi uidebuntur et uos attempasse: dum Ma
rios et Camillos et cæsarum plerosq; commemo
rabunt: ut qui bella quondam prisca germanis
intulerint: et trans Rhenum occupauerint vni

11

uetsa: hac via non vim intulisse uidebuntur: sed
iure exercitus immisisse: ut nil alienum reperti-
ri: sed suorum maiorum recuperaturi possessione:
Nec absimilium quidem contra nos alias quondam
adinuenta occasione: Perinde Theudericus qui
gottis post undeuigesimum regem tunc impera-
bat: et nouas his sedes pararat: indecenter itali-
am occupasset: nostra omnia diripere: ac nrae
gentis maiori parte occisa: felicitum tunc homi-
num et primorum uxores liberosq; inclementius
abduxere: tamen si non vi Theudericus cepisset
italiam: sed zenonis eorum imperatoris permis-
su sua fecisset hanc ditiois: cum nil profus
admisisset romanis: quippe qui italia priuati iam
essent: quin potius odoagro aduenticio et pere-
grino strenue debellato tyranno belli iure quae
illius fuerant obtinuit: at hi ubi vim inferre
iam poterant nihil ex aequo mox agere: Sed The-
udato primum Amalafunte ob gratiam: infe-
stiores esse: idq; belli principium et causam fa-
cere: atq; adeo ut ne uel ad id tempestatis bellum
id intermiserint: sed uiolenter omnia agunt &
rapiunt: Isti ergo sapientes haberi uolunt: et ac-
turi deorum cultores: ut qui soli in terris iuste
se uiuere iacent: ne itaq; nos qui ista nunc

patimur negligentiae demum et nil oportune pe-
nitentiae: uel hinc erit ab hostibus his precauendum
nec praesens id tempus intermittendum: quominus
exercitum in hos bellicosum mox immittamus: et
atque adeo e uestris imperatoribus quempiam bel-
li periculum: qui praefectum aduersus romanos optime
gesto: hinc eos confectum propellat: et quae celerissime
saluas nobis terras has faciat: si ita egeritis et go-
thicae genti rem gratam facturi estis: ut quibus
salutis eritis auctores: propulsoresque malorum
et uestra simul in tuto constituetis: uel si nobis
aliud nihil qui romanis infensissimi sumus: ex
uestra propinquitate utilitatis accederet: Ad haec
autem et pecuniae uobis innumere non modo ro-
manorum: res populantibus: sed aliae per nos de-
pendentur. Vbi uero legati dicendi finem fecere
Theodualdus ut erat adolescentulus abiectior
quidem et plane imbellis: ac iam morbidus fac-
tus: ut qui corpore esset inualido: legatis haud
multum fauebat: nec ferme dignum existima-
bat pro alienis calamitatibus proprios sibi ut
labores insumeret: Leutaris tamen Bultinusque:
et si res ea regi minus placeret: cum his foedera
interunt: erant namque hi duo germani fratres: ge-
nere quidem Alemanni: sed apud francos uires

q̄maximas consecuti: ita ut sue genti Theudualdi
 permissu preessent: Alemanni autem si Asinio qua
 drato: uiro italicensi fides prestanda est: qui tes
 germanorum diligenter perscripsit: aduentui
 sunt et ex uaria hominum colluione conflati:
 quod sane eorum ex cognomento profertur: Hos
 nimirum Theudericus olim gotthorum rex cum
 totius italię potitetur imperio: tributarios fece
 rat: et gentem hanc subegerat uniuersam: ubi ue
 ro Is ex humanis excessit: et Iustinianus roma
 norum imperator: et Gotthi bella inter se uel acē
 rima gererent: gotthi ipsi cum francis interea
 adulando gererent morem: et enixe quauis arte
 machinarentur: ut amicos hos sibi et beniuolos
 conciliarent q̄maxime: uel ex aliis pluribus su
 is electi sunt locis: lamq̄ alemanorum gentem
 reliquerant: nam undequaq̄ cogitatas sibi tūc
 uites esse existimabant: et subditos omnes quo
 superuacaneos ducerent: et nil oportunos: in ox
 omittendos: perinde haudquaquam iam de imperio
 et gloria deceraturū: proq̄ ipsa italia: ne ad in
 ternitionem deperderentur propulsaturū disci
 men: unde cum futuri temporis periculum animo
 precepissent: uoluntariam fecerant necessitatem:
 Sic itaq̄ alemanorum gentem per gotthos dimisit

sam Theudualdus in ditionem accepit: quo mo-
tuo: ut supra iam diximus: ad Theudualdum fi-
lium cum ceteris et hi simul in potestatem esse-
re: hunc genti legitima quedam et patria sunt in-
stituta: siquidem in rebus publicis administra-
dis et magistratibus: francorum politiam sectan-
tur et leges: in his tamen que ad religionem ac-
deum spectant ab his longe dissentiunt: nimirum
qui arbores quasdam adorent propitienturq; nec
secus et fluminum aquas collesq; et saltus: qui-
bus perinde religiose id agant: equos et boues
et infinitas huiusmodi pecora: defectis ceruici-
bus immolant: sed cum francis assidua conuersa-
tio: maximum his in modum conducit: et orna-
menti plurimum affert: ad seque quotidie trahit:
qui sui compotes sint: et spero fore ut non longo
post temporis interuallo istorum peruerbia sit
pertinaciam Nam et prane opinionis absurdi-
tas ipsa atq; vesania: uel utentibus ipsis inno-
tescent quandoq; et facile uanitatis coarguent:
restringuq; haud magna vi poterunt: ni forte om-
nino demeriant et efferrantur: sed hi profecto mi-
sericordia potius sunt: q̄ odio digni: et omnes ut
ueniam assequantur: Quicunq; a uero aberrant:
Non enim hi uel captantur: uel labunt uolentes

Sed boni forsitan ducti cupiditate. et si alioquin iudicio falsi. conceptis opinioibus qualescunque sunt. pertinaci⁹ herent. Ipse uero hunc sacrificiorum immanitati et infelici deorum cultui haud quāquam intelligo. utrum mederi uerbis quis possit. siue in siluis hæc peragantur et lucis. ut apud barbaros siue legitimis fiant. priscorum diis. ut apud grecos et quondam gentiles. sed nil equidem aris inesse reor. quod uicinius sit sanguine inquantis. et uolentissima bestiarum pernicie. quin potius ad istiusmodi quodecunque concesserit. nec bonum omnino futurum est. nec mansuetum. sed ferum. magis et furibundum. qualem pauorem timoreque fingunt poete. Bellonamque quandam. lacturam. insuper ac indefessam. ut perhibent isti. contentionem. adde si uelis. uel apud persas ariminem. quempiam uocitatum. et ex inferis fantasmatis. queecunque malefica sint ac sanguinaria. Sed hæc forsitan uideri cuique poterunt non admodi nostre historie conuenire. quin potius superna canea esse et ab his aliena. ad que ipsi contendimus. Sic uero inuat in medium cuncta producere. que cognita sunt. et que rectiora fuerint. collaudare. apertiusque improbare que non istiusmodi sunt. et perinde inutilia coarguere. Nam

si haud ita se haberent historie . ut hoc pacto di-
uariate meliores delectabiliores efficerentur . &
uite magis conducerent . sed sola fieret rerum
gestarum simplex et indiligens quedam narra-
tio . in discrimen he forte apud nonnullos ueni-
rent . si dictu id sit non admodum grane . ne haud
multum uiderentur prestantiores . ac decantate
in opere muliebri sint fabule . uerum de his ut
libet . sentiat quisq . mihi uero ad ea que cepe-
ram progrediendum . Leutaris itaq . Bultinusq .
ubi se primum aduersus romanos ductare exer-
citus impetus cepit . inflati ac spei pleni . nec sua
sorte contenti . Narsetem romanorum prefectum
nec primam quidem incurfionem laturum exi-
stimabant . sibi uero Italiam omnem in possessio-
nem cessuram . et se simul in potestatem Siciliam
redacturos . mirariq . se gotthos iactabant . qui ho-
muntionem cubili assuetam et umbrę delitui de-
ditum et plane effeminatum reformidarent . hi
itaq . dum ita sentirent fremendo et acies magni-
ficando suas . ex Alamans germanusq . exercitv
ad duo et septuaginta milia fortiorum uiuorum
coacto . sese ad bellum parabant . ut iam iam Itali-
am inuasuri . Narses uero romanorum prefectus
et si ea que apud hos gererentur haud satis calle

ret: prudentia tamen fretus et maxima. ut q̄ mal
 let semper hostium impetus preuenire: intellexit
 castella quaedam in tuscia per gotthos iam occu-
 pata: summa vi communiri. Is sane uir nec uictoria
 pretermo dum uel indecenter efferebatur: nec
 post labores ad delicias declinabat et luxum: ut
 alii solent pleriq; Sed confestim exercitu moto
 ad cymen ductabat: est autem oppidum id in
 colle situm aditu difficili preruptoq; et in thyr-
 rem maris prospectum: et quoniam supra litus
 sic imminet collis: ut ad inferiorem partem ingē-
 ti cum strepitu diffracti fluctus illidant: et loco
 superiori ualidis circumcingitur muris: turrib⁹
 et propugnaculis firmissis elaboratis: neccirco eo
 in oppido perinde tutissimo: per Totyllam Teiaq;
 qui inter gotthos priores regnarunt: quecunq;
 uel pretiosa uel admiranda his erant: reconde-
 bantur: Eodem igitur Narles ubi uentum iam est
 q̄maximi faciebat ut celerius oppido et pecuniis
 poueretur: ne deceret gothi locum haberent: un-
 de insulis tuto et pro arbitrio factitarent. Et
 ipse tandem uictorie finem satagendo et operan-
 do assequeretur: fuerat Aligerius Teie gotho-
 rum dncis germanus frater: Is infra oppidum
 erat: exercitumq; circa se quoad licuit maiorem

coegerat: nec pacificum quicquid animo agitabat: tū
quia Teias in bello ceciderat: tum etiam quia Go
thorum res iam declinassent: et dissolutum has
iri pro indubitato acceperat: sed alioquin nec
animo angebatur: nec allatam et presentem for
tunam extimescebat: Sed loco confusus et rerum
necessariarum ubertati et copiae audentior erat:
et ea animi magnitudine ut in hos uideretur q
se utcumq; aggrederentur: uindicaturus. Tunc
Narfes iubendo copias statim oppido applicauit
Romani uero ubi non paruo labore in collem p
ximum euasere: tela mox cominus in hostes ia
culabantur: qui in propugnaculis comparebāt.
et crebra sagittarum emissionē stridorem arcus
edebant: fundisq; lapides sublimes ceterabant:
admouebanturq; et bellica cetera instrumenta
quaecumq; ad murorum oppugnationem parari
solent: contra uero qui circa Algerinum milites
erant: e turribus coeuntes haud segnius iacula
do sagittasq; emitendo: preliabantur: e muroq;
magnae molis saxa manibus pronoluebant: sudet
securesq; demittebant in subruentes: armorumq;
genus omne: quod ab ea uideretur necessitate nō
alienum: hostesq; obpugnando seq; tuendo: tor
mentis et machinis utebantur: ita ut nihil om

nino sit intermissum quod ad se tuendos ualeret
 Sed imprimis aligerni ducis sagitationes Roma
 nis precipue noscitantur: Nam et stridore mul
 to per hunc emisse saguta et uelocitate non se
 gni deferebantur: atq; adeo ut si in lapidem in
 cidissent siue aliud quidpiam durius pre ue
 locitate et impetus uiolentia mox prorsus illi
 se perfringrentur: unde palladium qui apud
 Narsetem non inter segnes locum tunc obtineret
 sed copus preesset romanis et inter primores
 prefectus esset: Vbi Aligerus ferro et thorace
 armatum animoq; ingenti et celeritate nimia
 uinadentem aduertit: saguta in eum ex promi
 nenti inmissa: cum thorace simul et scuto trans
 fodit: tantopere uiribus multos hic antebat: et
 tam illi ualide erant: dum arcum inflecteret
 manus: Sic multis deinceps diebus pugnatum
 et leuibus preliis: neutrisq; ex spe uotoq; res proce
 debant: Romanis quidem turpis discessio uide
 batur: nisi prius in potestatem oppidum redegis
 sent: et gothos iam satis constabat obsidioni nil
 concessuros: Narset uero prefectus fluctuar^o am
 mo angebatur q^umaxime egritudineq; ferebat: si
 tempus esset et longius in expugnando tam per
 exiguo oppidulo conterendum: versanti hec aio

ac singula meditant: uisum est tandem hoc pacto
presidium experiri: Sub ea collis et superimpositi
presidii parte quae ad orientem solem uergebat
spelunca erat utrinque patentior et profunda: pe-
nitissimisque et amplissimis penetralibus uoragi-
nibusque immensis: in abruptum descenderat: hanc
ferunt Sibyllam italicensem illam et magnam in-
coluisse: quae Phoebus capta et spiritu diuino inspi-
rata: praesentibus futura predicere: siquidem et Ae-
neae Anchisae filio tradunt se aduenti omnia pre-
dixisse: quae illi essent impofterum occurrentia: Ea
speluncae castelli pars quaedam innitebatur: quam
ut dirueret Narses secum id tacitus uersando pre-
cogitabat: idque hunc in modum peregit: magnam
vim hominum in speluncae concauitates immisit:
iussitque ut dolabra et instrumenta eiusmodi cetera
ad lapides excidendos: murosque demoliendos
accommoda secum deferrent: sensimque speluncae
fastigium ea ex parte praeciderent: quia presidii
fundamenta obfirmatentur: quo factum est ut
cotentus excidendo edificii huiusmodi purgarentur
ut prima ipsa fundamenta denudarentur: quibus
nudatis erecta ex ordine tigna subiueunt: quibus
muri innixa moles sustinebatur: ne statim rueret:
uel compages ipsa dissolueretur: uel Gothi quae

gererentur celerius presentirent: Nam alias prin-
 cipio statim sarcita iactura: suis mox rebus open-
 tulissent: de ceteroq; firmissimis custodiis omnia
 asservassent: ne itaq; omnino quæ fierent his in-
 notescerent: neue decisorum et cadentium lapidū
 fragor exaudiretur: ex altera et superiore castelli
 parte q̄ maxime licuit romanus inferebatur exer-
 citus: ita ut conclamantibus uniuersis et adhor-
 tatione mutua perstrepentibus: perturbatio qui-
 dem iniecta hostibus sit: et obsidio horridior red-
 dita. Uerum ubi iam paries eo spatio quo supra
 specum porrigebatur: pendulus totus et sublimis est
 factus: ita ut lignis dumtaxat incumberet: quæ
 erecta ex ordine solo collocabantur: aridiore et
 undequaq; collecta materia: ac tignis supposita:
 igne iniecto: confestim ipsi specu ex infimo prodi-
 ere: Flamma igitur non longe post excitata: sub-
 stentacula statim igne correpta perfringebantur:
 et imposito ponderi concedere: presidii autem ps
 omnis quæ tignis sulleuata detinebatur: in ua-
 cuum collabendo subsecit: turresq; ea e regione
 et propugnacula celerrime a cetera compage di-
 uulsa: in decliue deferebantur: fores preterea por-
 tis arctissime inherentes: quæ ut in hostium con-
 spectu sitæ: claustris per custodes obseruate uali-

dius occludebantur: cum uectibus ipsis obicibusq;
uadosum in litus et saxa extantia excutiuntur:
his gestis romani aditu facile oppidum iam fore
rebantur: et hostes decetero contemnendos: Sed
falsa hi spe ducebantur: siquidem abrupte iam
fouee: et infra collem ipsum precipitia et paten-
tia loca: ut subsidente iam solo fiunt: eum locum
nil minus preruptum et ascensu difficilem ostē-
debant: Sed Narses iterato presidium oppugnan-
do aggreditur: ut celerrime direpturus gothis
tamen in unum iam coeuntibus: emxq; depu-
gnantibus: re infecta repellitur: Tum Narses ubi
nec bello: neq; incursionibus expugnari oppi-
dum poterat: nec ulla vi capi: statuit non om-
nibus copiis tantum hic laboris insumere: Sed
Florentiam Centumcellasq; parua tunc tuscia op-
pida: se statim conferre: ibiq; omnibus pro tem-
pore constitutis: hostium preuenire aduentum:
Iam enim Leutarum Bultinumq; cum francorum
Alcmanorumq; exercitib⁹ infra Padum adesse
nuntiabatur: unde q̄concitatisime maximam
exercitus partem eo ductabat: Interea uero Phi-
limiuh sequentium se et ullorum prefect⁹ non
multis ante diebus morbo correptus obierat:
unde cum esset necesse: ut sub altero et sue gen-

tis prefecto hi militarent : fulcarem mox eis pre-
 fecit phanicei nepotem : iussitq; ut cum Ioanne
 baraliano valerianoq; et Artabane et aliis non
 nullis prefectis ac ducibus exercitusq; maiori
 et bellicosissima parte alpium monte qui tusei
 & emiliæq; intermedius prominet circumito
 circa Padum se flumen reciperet : ibiq; bellige-
 rando et loca preoccupando munitiora hosti-
 um propulsaret insultus et coerceret : ea condi-
 tione ut si abigere prorsus hos quiret : gratias
 haberet fortunæ : sin uero præ multitudine vim
 pateretur : idq; exequi nequeat : illorum saltem
 ut iter moretur indicit : nec sinat ut fidenter &
 intrepide progrediantur : sed q̄maxime illos per-
 terrendo et insultando q̄longissime abigat : quo
 ad ipse in proximo omnia quemadmodum ge-
 ri uelit constituat : tum illi sic moniti abiire : Na-
 ses uero ad cymen oppidum quod oppugnare
 coeperat exercitum non contemnendum reli-
 quit : ut sedendo cobibendoq; hostes intra oppi-
 dum contineret : et longa obsidione hæc deniq;
 potiretur : unde fossa romani hi circumducta exi-
 tus asseruabant : si quem forte pabulatum eun-
 tem comprehenderent : rebantur nanq; si per an-
 num obsiderentur omnia his defutura : Narses

aurem ciuitates aggrediendo maiorem in partem
nullo labore in potestatem recipiebat: Florentini
nanq; obuiam illi et pacifice prodeundo fide ac
cepta: ne quid hostile paterentur: sponte se suaq;
omnia tradiderunt: Centumcellenses deinceps
id ipsum fecere: Volateraniq; item hos subsequen-
ti: nec secus Lucenses Pisaniq; hoc pacto Narse-
ti prospere et ex uoto omnia procedebant: atq;
adeo ut uel iter habendo proxima queq; recipe-
ret: soli lucenses ciuitatis deditionem differre
temptabant: nec illi se permittebant: tametsi ꝑ
pactionib; factis et obsidibus datis iureiurando
id confirmassent: q; si infra dies triginta nemo
sibi suppetias uenerit: nec auxilia ferat: quib;
aperre bello tutari se queant: et non e turribus
membrisue depugnando: sed pede collato ma-
nus conferere: euestigio urbem se tradituros: Spe-
rabant nanq; non longe post francorum exerci-
tum sibi presidio affuturum: unde his illi confi-
si huiusmodi cum Narsese fecerant pactiones: ꝑ
I am enim conuentum exierat tempus. Franci ue-
ro nondum his opitulatum aduenerant. Lucen-
ses itaq; cum perinde conuenta et paruifacere &
renuere uellent: illusus Narses: uti par erat: cu
moleste id ferret: ad expugnanda mœnia se ꝑ

comparabat: cum interea c suis pleriq; decerne-
 rent: a lucensibus accepti ut obsides necarentur:
 et hoc pacto ingenti ciues dolore affecti: p̄fidie
 luere p̄nas: Narses qui prudenter omnia fac-
 titabat: ne ire frenos laxaret: haudquaq; ad id
 crudelitatis euasit: ut eos necaret qui nulla se
 iniuria affecissent: preferim cum alii in noxa
 essent: sed arte hac usus: obsides q̄ primum pro-
 duxit in medium: manibus post terga reuincti:
 capiteq; ad terram demisso: suisq; hos ciuib; tā
 calamitose affectos: spectaculum prebuit: comi-
 nabaturq; se iam iam hos necaturum: ni lucenses
 ipsi que iurassent excquerentur: obsidib; autem
 a tergo ad collum lignum summittebatur pan-
 nis opertum: ne hostes possent uel e longinquo
 dolum prospicere: his ubi ne hoc quidem modo
 productis: ciues parerent: iussit omnes ex ordie
 capite luere: ttuncariq;: tum statim strictis mili-
 tes gladius uolentissime feriebant: perinde cer-
 uices his precisuri: sed illata plaga sine illorum
 pernicie ligno infligebatur: obsides tamen: ut
 erant instructi: proni in terram ut moribundi
 prolabebantur: pedibusq; identidem calcitrando
 dissimulabant se morte affectos: tunc uero qui
 in ciuitate erant: ubi tam atrox facinus p̄spec-

tassent: ut sepe fit: cum minus possent tam longo ex intervallo uera prospicere: comploatione mox facta: calamitosa sibi existimabant que patrata iam essent: erant namq; obsides illi non uulgares quidam et sordidi generis: sed insignes et nobiles: quo factum est cum suis se Lucenses priuatos putarent: ut exortus mox multiplex fletus circumsonaret: ululatusq; frequens: et flebiliter lamentabiles uoces: feminarumq; cætus percutientium pectora: laceratis uestib⁹ in propugnaculis uagaretur: siue matres hæc essent que de se natos mortuos crederent: siue sanguine propinquiores: siue alias utcumq; illis afficerentur: lamq; omnes Marseti apertius ingrere contumelias: insolentiamq; exprobrare et uanitatem: et re quidem hunc uiolentum esse et sanguinarium dicere: cum aliogn. prium se frustra iactare et dei cultorem: hæc his inclamantibus Marses respondit: Non ne uos istis exitii causam prebistis: quorum nulla apud uos sit habita ratio: quandoquidem et hos proditos per uos esse sat constat: ac uobis ipsis uidemini nil recte consuluisse: qui iurando et perierando: fractis conventionibus et sacris contemptis prodideritis fidem: Verum si placet iterato perdiscere que uobis sint

profutura et factis conuenta peragere: nihilo
 estis a me minora impetraturi: Nam et obsides
 ipsi ad uitam redibunt: et ciuitatem hanc uram
 inoffensam tuetur: Sin minus necesse erit omni
 no ut malefactis demum indoleatis: nunc uero
 quid facturi sitis considerate: ne et uos omnes
 eadem patiamini: Hæc ubi acceperunt Lucenses
 eludere et se irridere prefectum rebantur: quia re
 uicturos mortuos diceret: et erant proculdubio
 pro eorum capti ludibria que dicebantur: haud
 tamen eo tendebant: Sed alioquin tunc rursus
 promptissime facebantur et iuramento asseuera
 bant se ipsos Marsi ac ciuitatem ut pro arbi
 trario uteretur: mox dedituros: si obsides super
 stites cernerent: tanq̄ cum impossibile factu id
 iuderetur: ad se æquitatem transferrent: tunc
 Marses extemplo omnes simul existere iussit
 ac suis spectandos exhibuit: integros quidem &
 nil imminutos: quibus hi uisis: uti par erat spec
 taculi nouitate obstupuere: haud tamen iccirco
 omnes obseruandum esse iusurandum censebat
 sed erant qui promissis obsisterent: Nam ubi et
 suos uiuere certiores sunt facti: et quod molestū
 animis fuerat: seq̄ angebat q̄ maxime in spem
 bonam euasit: rursus: ut uulgus solet: ad inge

num redibant et fraudem: perfidiaq; apud eos #
superior erat: demum ubi ad id est dementie ue-
tum Narses prefectus magnitudine animi fretus
obsides omnes ad suos remisit: nullam in redimē-
dis uel accepta pecunia: uel a ciuitate expressa
confessione: Lucensibus itaq; stupore affectis: et
cuius rei ob gratiam id Narses egisset addubitā-
tibus: non sue esse consuetudinis dixit: uana
quedam et spem lubricam aliquam gloria du-
cere: sed uel nullis acceptis obsidibus se omni-
no facturum: Nisi sese ocius dedant: ut his ar-
mis gladios ostentando: in potestatem ueniret:
obsides uero qui dimissi ad suos iam fuerant: ci-
uibus suis immixti: coetus hominum obeundo
Narsetem laudibus ferre et identidem memora-
re apud eum se comiter et amice non hostiliter
habitos: perhumanumq; Narsetem esse et popu-
larem: et cum iustitia hunc coniunctam habere
animi magnitudinem: ubiq; missitabatur: un-
de futurum erat: ut uulgatus hic sermo maio-
ra esset non longe post effecturus q̄ arma: nimu-
rum cum obsides multitudinem contentiosam
et inconstantem facile uoluerent et plurib⁹ sua-
derent romanorum ut partes susciperent: Narses
uero cum luccam adhuc obsideret: ubi alterius

exercitus quem in æmiliam miserat: acceptum
 detrimentum intellexit: perturbatione affectus
 ut decuit: animi merore ingenti capiebatur: si
 quidem postq̄ eo quo mittebatur exercitus ille
 peruenit: consultius omnes omnia facitabant:
 in hostili namq; siue in uicos predatum: siue in
 oppida eundum erat: compositi omnes admodum
 procedebant: nec temere agebant predas: et si di
 uersi abissent: non dissipati palantesq; uagaban
 tur: sed ordines suos seruabant: custodius oportu
 nis in locis ad omnem necessitatem locatis: et ag
 mine quadrato incedendo: in medium predam
 recipiebant: ut eam firmissime tuerentur: sic itaq;
 tum primum depopulatis hostium agris: paucis
 post diebus uniuersa que gesserant euanueret: ful
 caris namq; Crullorum prefectus: et sicetera stre
 nuus adeo: ut hostile nul quippiam extimesceret:
 cum audax esset et turbulentus: et nul oportune
 uires: tum nactus: imperatoris et prefecti nõ mo
 do phalangem ordine suo disponere peritiam esse
 arbitrabatur: sed ubi in aciem iam p̄diisset: et fu
 ribunde medios insiluisse in hostes: rem ut mox
 bellicam exereceret: hæc ille fremendo iactandoq;
 gloriabatur: Tunc itaq; insolentia magnum in mo
 dum elatus: incursionem in parmam urbem ex

templo fecit: erat autem hec sub francorum tunc
temporis potestate: cum potius hunc decuisset
ut dimissis primo speculatoribus: quid sibi ho-
stes uellent perdisceret: deinceps ad precognita
se statim offerret: At ille peruicacia ductus im-
petuoseq; satis et temerarie audacie fiden^r erul-
lorum sine ullo ordine copias in hostem duxit:
et prosequen^t romano ex agmine multis con-
citatis iter^r abebat. Hec uero ubi Bultinus fran-
corum princeps accepit: habebat enim ad Amphi-
teatrum per id temporis stationem haud longe a
ciuitate situm: quod utiq; his erat extructum:
qui cum hostis populo inspectante certarent: ha-
bito statim eorum delectu: qui ex suo exercitu
et audacia plurimum et bello ualere^t: hisq; in-
clandestinas insidias collocatis: expectabat si-
mul et obseruabat rei benegerende occasionem.
Sed postq; fulcaris erulliq; in medio^s hostes sese
contulere: dato tunc signo impressioneq; facta:
franci simul uno agmine omnes hos induunt: se-
gniter et temere prodeuntes: extemploq; qui ta-
turpiter in manus uenissent: subito et inopinato
casu pecterefactos: et retribus perinde comprehen-
sos: gladiis cedunt: uix tamen uscorum pars ma-
ior: ubi tandem quo calamitatis uenissent: non

ignorarent: ignobilem et turpissimam maluerunt
 salutem: nam terga hostibus dantes: celestime in fi-
 gam se coniecere: pristinae prorsus uirtutis obli-
 ti et diuturne in periculis adeundis solertiae. Sic
 itaq; deleto exercitu Fulcaris erullorum prefectus
 solus cum satellitibus et beneficiariis suis nonnul-
 lis relictus: haudquaquam se dignum existinauit: et
 ut cum ceteris simul fugam capesseret: sed longe
 melius sibi et consultius fore si cum gloria obiret tunc
 mortem quam uitam per ignominiam duceret: unde
 et confititur: ut licuit tutius ac proximo monimen-
 to tergo innixus: ex hostibus plures bellando oc-
 cidit: cum nunc hostem inuaderet: tunc facie ad-
 uersa se sensim reduceret: et cum ei iam licuisset:
 uel facillima quidem fuga salutem petere: sui quid
 ut faceret hortarentur: e quo nam pacto respon-
 dit Martialis linguam posita tulerunt me temeri-
 tatis instimulantem: terminationem itaq; ut ui-
 debatur: magis hic uertus alienam quam gladios di-
 urnis obsistendo haudquaquam pugnam intermitte-
 bat: quousque tandem multitudine circumfusa: &
 multis telorum ictibus pectore iam aperto excep-
 tis: securi que capite interscisso: uix demum ut mo-
 ribundus supra scutum procubuit: super hunc
 et coeteri ad unum omnes quos circa se habuisset

sive sponte sive iniuri ut ab hoste coacti contruci
dantur: Prefectus itaq; hoc modo occisus nec diu
honoribus fretus: sed breui prospera usus fortu
na haud secus ac somnantis leticia celerem ha
buit prefectur.e et uit.e finem: Id igitur roma
nis iacturae perpessus: francorum animi magnū
in modum intumescabant confirmabanturq; . et
Gotthi qui emiliam liguriamq; locaq; illa pro
pinq;uora incolerent: etsi prius dissimulantes
quidem nec libere pacem alioquin et formidine
potiusq; uoluntate cum romanis et societatem
inissent: resumptis tamen iam animis. fidentius
et aperte ruptis foederibus: q̄prunum ad barba
ros et sui similes se contulere: Romanorum uero
exercitus quem ioannes batilian. ut diximus:
et Artabanes prefecti ductabant: erullorumq; co
piarum reliquie: quae forte fuga integre iam
eualere: fauentiam confestim se receperunt: prefec
ti namq; haudquaq; eorum referre arbitrabantur
circa parnam urbem tempus diutius terere. pre
sertim hostium cocunte iam multitudine: quae
pro certum successu in deliciis ageret: Nec p̄spe
tam ferret moderate fortunam: siquidem ad
eos gotthorum ciuitates affatim iam conuola
bant: ita ut ualidioribus receptis in potestatem

presidii: satis illos constaret omnibus iuribus in se
 incursum: quo metu percussi quod proxime possunt et
 Rauennam se recipere statuunt: ut hac uia hostes
 uitarent: quibus se bello haudquaquam parati fore re-
 bantur: His rebus Narseti renunciatis acerrime
 angebatur: et barbatorum ut insolentiam: ita et
 fulcatum tam subito interisse moleste ferebat. **VI**
R sane nec ignobilem quidem neque obscurum: sed bel-
 lo egregium et factis clarum: uictorisque ornatum
 et multis: et qualem nec bello capi ab hostibus po-
 tuisse crediderim: si coniunctum cum fortitudine
 consilium habuisset: ob haec igitur decora Narses
 et dolore afficiebatur ingenti: et tanti uiri interi-
 tum deplorabat: haud tamen ut quidam in aduer-
 sis consueuere perterebatur: Interea uero et apud
 exercitum qui circa se erat: pro re subita et clade
 accepta: animi consternatione percussus: qua-
 lem esset habiturus orationem non ignorabat:
 ut ad bene sperandum hunc reuocaret: et formidi-
 ne captis iam mederetur: Erat nimirum Narses
 sui admodum compos: industriaque pollebat ac-
 factis: et incidenti fortunae aptare se percallebat:
 tamen si non magnam haberet litterarum periti-
 am: nec eloquentiae studuisset: sed naturae de-
 xteritate in his tam clarus euaserat: ut uel con-

firmare cum ratione sat posset quæ in consultati-
onem uenissent: et si apud Principes fuisset per-
delicias nutritus: erat autem statura is corpo-
ris breui exiliq: Sed alioquin eam fuerat stre-
nitatem: et in rebus gerendis magnitudinē
animi iam consecutus: ut credi inx posset: un-
de sat liquet: cui animus insit liber ac strenuus
nil prorsus impedimento fore: quo minus qua-
uis in re plurimum ualeat. Narses igitur ubi
in medium prodiit ad milites uerba istiusmodi
fecit: Existimo equidem qui quotidie hostes uin-
cere consueuerunt: et continenter res prosperas
experiri: siquid forte uel ad breue preter uota ac-
ciderit: dempturum ex templo id ei ex re prete-
rita: et bene gesta letitiam: et spem omnem hebe-
taturum. Cnimuero decere sapientes nil ambi-
go: ne cum fortuna simul secundis in reb⁹ se ef-
ferant: sed quemadmodum facile presentia hæc
immutantur: ita et animum ad uarios uelun-
bi preparent casus: nam his quidem qui hoc pac-
to se habent suauissima apparebit felicitas: nõ
tamen molestum siqua in re preter eorum sentē-
tiam ut eunq; fallantur: Nunc uero o uiri ani-
maduerto uos longe plus angī q̄ recens hic =
exigat casus: et constat id plane non aliunde

uos pati: nisi ex nimia gloria et uincendi consue-
 tudine: tum quia in animum induxistis: nulla
 in re Aut falli: aut peccare uos posse: quod si ≠
 opinione hac ipsa deposita rem gestam dum ta-
 xat spectabitis: haudquaquam id tam graue uidebi-
 tur: ac ipsi uos frustra existimatis: Nam si Ful-
 caris prefectus ut barbarus petulanter et teme-
 re in tanta se hostium copias periclitando in-
 gressit: profecto iam habet que se ut sequerentur
 par erat: haud tamen uobis: iccirco uel presen-
 tia negligenda hęc sunt: uel in posterum que p-
 cognita sunt differenda: Nam si Gothi: uel eo-
 rum gente deperdita qui reliqui sunt belli sorio
 sibi asciscunt: et maiores excitant nobis labores:
 nec tamen proflus in aduersis desperant: turpe
 proculdubio fuerit: si hac sola de causa uictos ≠
 nos esse duxerimus: quia non ipsi strenue uici-
 mus: et hęc pacto preteritarum rerum gloriam
 negligamus: animi ammissa iam promptitudi-
 ne: cum deceat potius pro re male gesta ut ala-
 critate afficiamur: in ea namque fuisse reor felici-
 tatis magnitudinem castigatam: nosque hęc pacto
 inuidiam declinasse: atque adeo ut decetero liceat
 animo esse fidentiore: ex ea iactura iterato nos
 posse et detrimentum sarcire: et certamina uiri-

cere: nam etsi hostes multitudinem iactent: ordine
tamen et providentia: si modo sapimus superaturi
hos sumus: Est namq; cum aduenis nobis suscep-
tum certamen: et cum his quidem qui in aliena
necessarius indigent: cum alias ipsi nos omnibus
abundemus: quandoquidem et presidia multa
et ciuitates securitatem nobis si necessitas cogat
prestabunt: cum illis nulla sint usquam ad recep-
tum loca: Quinetiam omnia nobis ueri dei cul-
toribus pro equitate: pro patria: pro liberis et
propinquis pugnantibus presidio erunt: cum
illi aliena depopulentur: fit itaq; ut absurdus
uideatur: si non undequa; q̄ optime sperandi
duxeritis: ne dicam timore percelli quoq; pacto
uos posse: Nunc uero Lucensibus istis ne respira-
di quidem locum obsidendo iam demus: ad hel-
liq; finem se quisq; uestrum emixe et promptius
paret: His Narses dictis et exercitum ad melio-
ra sperandum crexit: et lucenses acrius obsidi-
one urgebat: illis uero quos emissis iam prefece-
rat copiis succensebat: quia locis oportumorib;
derelictis: fauentiam pauloante se recepissent
et res aliter longe procederent: atq; ipse pro eius
providentia inuinxisset: siquidem circa Parma
presidii et obicis loco statuendas esse copias il-

las rebatur: que hostes ne ultra progredierentur
 actius coererent: ut ipse paulopost in Tuscia om-
 nibus constitutis aduersus eos confestim duc-
 taret: Nunc uero relinquebatur romani ut mili-
 tes qui circa Narsetem tunc erant Luccensi om-
 missa obsidione: et procul ab hostibus absceden-
 do omnium primi francis obuiam irent: vnde cu
 haudquaq̄ ferendum id Narses censeret: Ex templo
 ad prefectos pridoneum uirum legauit cui Ste-
 phanus nomen erat: ex epidamno ortum castello
 illirico: ut hos castigando timoris et fugę insinu-
 laret: et plane argueret deprehensos hos esse rem-
 publicam prodidisse: ni iterato quę dimisissent lo-
 ca repererent. Tum Stephanus equitib⁹ ducentis
 et bellicosissimis secum deductis apprimeq; armi-
 instructis: concitantissime iter aggressus est: sed mi-
 to cum labore: uigiliisq; cauti⁹ illa profectio erat:
 Franci nimirum cum exercitus parte per proximof
 campos ut pabuli: ita et prede gratia uagabant:
 quam ex agris auerrent: Vnde Romani noctu-
 potiusq̄ interdum acie instructa progrediebantur:
 exaudiebatur itaq; agrestium euilatus: et abacto-
 rum mugitus bouum: sonitusq; preceis.e materie: et
 fragores huiusmodi aures circumsonabant: ita uix
 tandem fauentiam ad exercitum equites peruene

runt. Legatus uero ubi in conspectu astitit prefectorum: Quod malum inquit uos cepit o viri ubi nam rerum quondam gestarum nunc gloria et tantorum trophæorum commemoratio: quo pacto Lucenses ceperit Narses: et quæ infra alpe sunt omnia est subacturus: si uos hostibus transitum perinde confederati dederitis: hosq; si ueritus pro arbitrio quo uelint abscedere: Sed ipse nequidem nil prorsus quod uos urgeat malum dicturus in presentia fuerim: erit forte qui dicat mollitiem rem istam preferre: et eorum ignauiam qui rem publicam uiuent: Sed unum illud uos monitos uelim: nisi q̄ primum redeundo Parmam uos contuleritis haudquaquam succensere uobis nec iniuria desiturus est Narses pro futuro euentu uestram inertiam causando: siquid forte inferatur hostile: cauendum preterea ne & uos oderit imperator: his auditis prefecti non nesci Narses hæc esse mandata: nec quicquam haberent quo iniustius se in simulari arguerent: & argumenta quedam et causas preferbant: ut coacti necessitate discesserint: perinde non potuissent ex circumiectis parmæ oppidulis tantum comitatus habere quod satis exercitibus esset: Nec Antiochum sibi Eparchum in tempore

affuisse: cui ea cura demandabatur: quin etiã nec
 pecuniam in stipendium consuetam sibi depensam
 fuisse: Tum Stephanus celerrime Rauennam se
 conferens: et Eparchum ad prefectos perduxit: &
 ambignis omnibus quoad licuit iam medica-
 tis: his persuasit ut Parmam repeterent: eodemq;
 et stationem haberent: His omnibus breui perac-
 tis Luccam reuertit: Narsetemq; iussit bono animo
 esse et promptiore rem exequi: ut minus ueren-
 dum hostes sibi impedimento fore: sed eorum co-
 erceri iam impetus Romanis exercitiis his opo-
 rtune instantibus: Narfes igitur cum handquaq;
 ferendum esse iam duceret: qđ Lucenses obsessi
 remissius tamdiu sibi repugnando obstiterint:
 membris ipsis adinouit exercitum: iam et ma-
 chinationes: tormentaq; ad diruendam urbem
 muris applicabantur: ad locaq; eminentiora
 cum igne emittebantur: sagitte: simulq; qui in
 turribus comparebant: feriebantur: subruaban-
 turq; nonnulla in parte et menia: atq; adeo ut
 queuis spes mali urbem iam circumfulseret:
 Tunc qui prius obsides fuerant: oblata occasione
 romanam rem enixe ciuibus optime consulen-
 do iuuabant: et quantum in eis erat ciuitas ad
 deditionem mox inclinasset: ni francorum Le

gati qui intus constituti ad urbis custodiam fue-
rant: mox obstatissent: et quacerrime alios ad preli-
um concitassent: armisque propulsassent obsidionem:
unde extemplo factum: ut apertis et dispartenti-
bus portis: eruptione repentinus facta: impressio-
nem in romanos hi facerent: hac via existiman-
tes se forte superiores: sed parum hostibus obfue-
runt: sibi uero quamaxime: nam plerique lucensium
his plane consili: que in urbe iam gererentur
ultra preliabantur: uerum ubi sepe iam temp-
tata fortuna spes nulla procederet: sed suorum
iacturam maximam facerent: turpiterque et per-
ignauiam fugam capesserent: et intra urbem se-
pe reiecti ita coercerentur: ut nulla his esset de
cetero in hostem prodeundi facultas. Tunc uni-
uersi quandoquidem alia nulla iam esset ad
salutem uia: compulsi ad pacem animum in-
dixerunt: ita demum a Marsite fide accepta
ut sibi pro preteritis factis nihil succederet: ciui-
tate tradita libenter: exercitum infra mœnia
exceperunt: tertium iam mensem obsessi: sic ite-
rato Lucenses romanorum in ditionem uenere.
Narses uero post eam Lucensium obsidionem: quando-
quidem nec hostile aliquid reliquum esset: co-
dem moram ut diutius traheret necessarium.

fore nil ratus: tamdiu immorandum censebat
quoad respirare milites a Laboribus sineret: re
licto itaq; ibi Bono id illi erat nomen prefecto:
ex Alisea oriundo: ad Istrum flumen apposita
viro sane qui et mirifice scaperet: ac domi forti
q; maximum in modum ualebat: traditaq; ei
magna militum copia: qua hos facile posset si
quam forte rem innouarent: et uiuere et cohi
bere: hisq; sic constitutis: recta ire Rauennam
pergit: Ibiq; exercitum in hibernis dimisit: na
cum Autumnii finis adesset: et tempus iam in
hiemem uergeret: haudquaq; per id tempestatis
belligerandum esse: Narseti est uisum: id nanq;
francis: quibus aestus infensior est: et molestia e
plurimum affert: q; maxime conduxisset: ut qui
haudquaq; uolentes per aestatem meunt pugna
sed in ipsis algoribus dum maxime rigent: ua
lidissimi fiunt: et labores prelibenter insumunt:
sunt enim frigoribus assueti: ut qui gelidam sit
patriam nacti: et algere perinde his ingenitum
est: hisce de causis Narsetes rem extrahere nitaba
tur: et ad Neota oppidum bellum transfere: +
unde cum centurionibus tribunisq; militum
partito exercitu: circa finitima castella et loca
sic hibernare iunxit: ut ueris principio sta

tum romam omnes aduentando se cogerent : ut
inde cum uniuersis copiis ductarentur : his illi
iussis dimissi in hiberna iam abscessere : Narfes ꝛ
uero se Rauennam recipiens familiares et satel
lites priuatos quosdam secum reduxit : et alios
nonnullos qui sibi in magistratu famularentur.
Nec secus et qui eius dignitatem cura haberent
ne pro arbitrio se ad eundem potestas omnibus fie
ret : hunc preterea Zandilas prefectus eorum
qui domi nutriebantur et domestici ceteri sunt
consecuti : eunachiq; item cubiculares hoc trecen
torum is hominum comitatu Rauennam perue
nit : Interea uero Fredigerni filius Aligernus ꝛ
Teie germanus frater : cuius et supra in Cymis
obsidione meminimus : ubi franci iam in Itali
am aduenissent : gothiq; omnes ad eos transi
rent : solus uisus est nosse quod sibi in rem fore
existimasset : et contemplatus futura : deq; pre
sentibus consultando ad eam peruenit cogni
tionem : ut satis iam animo preuideret : francos
sub nominis pretextu decenti quodam et simu
latione in eunde cum gothis societatis : perinde
accitof uenisse : et aliud sibi uelle ac pre se fer
rent : nec fore omnino : uel romanis deuictis : ꝛ
ut hi italia gothis decedant : Sed hos potius ꝛ

27

quib⁹ uerbo non re suppetias uenerint: confestim ut
subigant: et cum imperio simul sublatis profus
et patris legibus his ipsis ut francos preficiant:
Hæc igitur Aligernus cum animo frequenter uer
saret: obsidioneq; simul coereretur: fore id lon
ge satius iudicauit: Narseni ut oppidum cum
pecuniis traderet: ac de cetero Romanis ut ui
ueret moribus: ab omniq; discrimine et barbari
co cultu procul abesset: par nanq; fore censebat:
non amplius Italia gottis potiri: sed ueteres
ut eam habitatores et pristini duces recuperaret:
ut terre assueti et genii: et suis non perpetuo
rebus fraudarentur: hæc ipse de se exequi et
priuatim decernit: ut cæteris sue gentis exem
plo foret: unde obsidentib⁹ romanis significauit:
se uelle si eorum permissa liceat: prefectum mox
conuenire: permissus ille ad classes castellum
in Rauennate agro situm: ubi Narsensem mora
ri didicerat: uenit: ibiq; ubi coram astutisset
presidii clauel illi in manus tradit: proq; sua
uirili beniuole ministraturum eidem se omnia
nauaturumq; operam pollicetur. Tum Narses
aduementem benignè suscepit: et maiorib⁹ ho
nis id se beneficii compensaturum assuebat:
deinde eam exercitus partem que cymen obse

derat: inire presidium iussit: cum eoq; simul ut pecuniam omnem reciperent: in tutoq; omnia cōseruarent: quod reliquum eius exercitus fuit secedere in alia castella iniunxit: ibidemq; hibernare: Sic Narsēs egregie rem omnem ad id tempus confecit: Verum cum Crullorum iam copie iterato fuissent suo duce orbatæ: duo quidam inter hos erant viri insignes: quorum studio diuersim plebs ipsa detinebatur: interseissa tamen sententis rem in dubium euocabat: nā pars altera Aruth maximi faciebat et omnia sibi processura in melius arbitrabatur: si ad hūc esset prefectura delata. Alteri uero placebat Osindual: ut strenuus factisq; clarus: hunc Narsēs assentiendo Crullis prefecit: emisitq; ubi cōmodius hibernaret. Aligernum uero ad Culliam urbem ire iussit: monitum ut ubi eo se contulisset: murum conscenderet: illiq; sic aperte incumberet: ut quis esset ab omnibus facile noscitur: hęc autem illi iccirco mandauerat: ut franci: nam ea erant pertransituri: cum uiderent: qui sponte ad se concessisset: desperarent q; per Cymen se iter facturos: uel pecunias habituros eodem reconditas: uel forte ut de summa belli: oportunis iam locis omnib' preoccupati

nihil his esset impofterum spei. At Aligerius ubi
 francos illac transeuntes ex eminenti uidisset:
 irridere hos simul et increpare: frustra se tandē
 et tam sero uenisse et rebus perfectis: quandoqvi-
 dem gottthorum opes cum ducibus ipsis romani
 sibi iam uendicarint: ita ut siquis inter gottthos
 compareat imperator: neminem habeat cui ut
 cognitus uel honoratior sit: sed militarem ille ut
 induat uestem sit omnino futurum: et ex habi-
 tu ipso priuatus ut uiuat. Tum franci hunc p-
 bris afficere et incessere contumeliis: suęq; gentis
 proditorem identidem nuncupare: unde fac-
 tum est: ut pro presentium rerum conditione: in
 ambiguo his animus uersaretur: atq; adeo ut
 utrum bellum gerendum esset inter se consulta-
 rent: uicit tamen ea sententia ne ceptę iam rei
 hos peniteret: sed ad ea quę aggressi iam essent
 progredierentur. Narses uero dum hęc agerent
 Rauennę cum esset: eodemq; cum manentibus
 copiis uersaretur: suo ex ordine omnibus con-
 stitutis se Ariminum contulit: deducto quem
 secum habuerat comitatu. Vacarus interim &
 barnis genere pauloante e uita excesserat: uir
 sane grauis et bellicosus: huius Theudualdus fi-
 lius cum barnis suis sequacibus Imperatori

romano statim accessit: et Arimini aderat: ut
Narsetem iam conuenturus: cuius gratia eo cō-
tenderat: itaq; auro donatis liberaliter omnibus
firmissimam cum romanis iniuit societatem: cū
itaq; hęc Theudiualdus ageret: francorum mili-
tes ad duomalia pedum equitib' intermixti: q;
predatum in agrum ariminensem aduenerant:
a suis prefectis dimissi: cum ciuitati appropin-
quassent: agro depopulato: arantium boum pre-
dam agebant: impudenterq; omnia peruastabat:
Quę Narsetes ubi ex ædulo ædificii loco spectasset
unde in campum erat prospect': indecorum esse
ex malis presentibus iudicauit: non statim vi-
cti iniuriam iudicare: itaq; equo inscensō duc-
tu perfacili superbioreq; qui non modo agilius
proficere et defaltare non indecenter: sed incur-
siones insuper facere et media in acie apte uer-
sari experientia et exercitatione perdidicisset:
iussisq; omnib' qui non omnino certaminis ef-
sent ignari: confestim se sequi: urbem egredit':
in hostesq; ducit: tum illi mox equis inscensis:
erant enim viri trecenti: ducem et sequebantur:
et cursu citato recta hostes petebant: Tum hi
cum in se iri uidissent: non dispersi ut prius
populabantur: neq; enim hos prede duxerim

oportunos equites quippe ac pedites in unum
 protinus coiere et se in phalangem coegerant
 haud tamen hanc densiorem: qui enim fieri id
 poterat cum praedatum non multi prodissent:
 sed ualidam alioquin: quia communi defensi
 one et coeuntibus cornibus ex ordine se tueba
 tur: Romani uero ubi ad sagittae iactum ad ho
 stes uenissent: cum his tam bene instructis man
 conserere et preliari: haudquaquam in rem fore du
 xerunt: sagittando tamen et iaculando qui
 primi bellando starent fallere pertentabant &
 a fronte densitatem perfringere: sed illi scutis
 optime communiti stabiles permanebant & pla
 ne immoti: aciemque tam bene densatam nuspi
 am auellebant: et eo minus quo et spissiore sil
 uam tunc nacti: pro munitione arboribus ure
 rentur: iamque telorum iaculatione se tuebant:
 uerum ubi nihil inferri iactur: e his poterat om
 nibus Marses animo agitatis: belligerandi genus
 quoddam et barbarum excogitandum machi
 nabatur: uniorum gentibus primum tunc
 adinuentum: iussit namque qui circa se essent: ut
 hostibus terga dando quam primum retro se uerte
 rent: tanquam timore in fugam actos: et hostes in
 super a siluis ad nudos expeditosque campos que

possent longius auocarent: sibi uero reliqua cu-
ta fore: militibus itaq; imperia exequendo: fu-
gam iam capessentibus: franci hac fuga illusi
et ueram esse formidinem rati: intrepide phala-
ge soluta: & siluis relictis ad hos insectandos:
enixe incubuere: ac primi quidem equites cu-
currerunt: hos pedites sequebantur: qui et for-
tissimi essent et perniciosissimi: ita ut fugientibus
effuse omnes insisterent: perinde Narsetem ip-
sum uiuum captum: et exiguo cum labore im-
posituri bello operatum iam diu finem: Sed hi q-
dem militaris discipline prorsus obliui effusi
et incaute procedebant: alacres et bona spe freti:
Romani uero laxatis habenis Ariminum uersus
deferebantur: diceret illos certiore quadam cap-
to formidine fugam inisse: adeo hi ad uerum q-
proxime: timorem dissimulabant: et ubi nudo
in campo erant iam barbari dissipati: et a nemore
q- longe diuulsi: tunc romani Narsetis signifi-
catione et iussu: equis conuersis ex aduersoq;
se se explicantes: persequentibus hostibus: ob-
uiam his in frontem eundo: se obtulerunt: et
omnes re subita consternatos inclementer ur-
gebant: ita ut qui fugere uidebantur euestigio
hostes insectarentur: barbarorum igitur equites

ubi instans periculum presensissent: celerrimo
 cursu: sibi exercituiq; ad Siluam reducto saluti
 fuere: pedites tamen relicti fede et passim iam
 cedebantur: atq; adeo ut torpentes iam red-
 di: ne manus quidem mouerent: erant nimirum
 ex subita rerum immutatione obstupefacti: &
 quasi sui nil compotes: unde pecudum more pro-
 strati per campos iacebant: his itaq; supra noni-
 gentos iam cecis: ceteri abscessere: et ad suos sic
 se recipere duces: ut non alias sibi in tuto fore
 existimarent: a ceteris se copis abgregari: Nar-
 ses igitur Rauennam reperens omnibus ibi egre-
 gie dispositis rebus: Romam se demum hieman-
 di causa contulit.

LIBER SECVNDVS .

VERE autem iam inuente uti edic-
 tum per Narserem antea fuerat:
 ad vltimam Romam magna uis mi-
 litum se conferebat: et non parui
 cogebantur exercit^{us} quos Narfes
 magnum in modum: ut in bellicis
 simulacris exercebantur inuinxit: sic milita-
 rum animos assidua exercitatione firmabat:
 Nam et decurrere eos cogebat: et in equum agi-

liter defilire: armatosq; tripudius agitari: et tu
ba classicum personante obtundi: ne forte ex lon
ga hibernorum quiete et ocio belli prorsus ob
liti: in ueris preliis remollescerent. Interea bar
bari dum liberius uagarentur: quæ in promp
tu erant populabantur et peruastabant: ab
urbe tamen roma et locis urbi proxime cir
cumiectis iter q̄ longe habentes progrediebantur:
ita ut ad dexteram tyrrenum mare habe
rent: utrinq; uero ionici sinus litora protende
rentur. Sed ubi in agrum samnitum uenere: hic
inde diuisi ab inuicem principes abiere. Bul
tulus namq; cum maiori copiarum parte per tyrr
enum litus tendebat: et q̄ multa campaniæ
loca depredabatur: Nam et Lucanos trans
gressus est: et ad Brutios deinde diuertit: ad
fretumq; demum peruenit: quod Siciliam insu
lam et italiæ dirimit fines: Leuitares uero qd̄
reliquum erat exercitus ductans Apuliam et
calabriam petiit: et ad usq; hydruntinam urbem
processit: quæ supra litus infidet adriatici ma
ris unde ionicus incipit sinus: eo ubi uentum
iam est: franci omnes qui locis hisce ante insu
euissent: erga sacra pietate et reuerentia ureban
tur: ut qui ad potiores leges tanq̄ ueræ fidei:

cultores concesserant: ut supra iam diximus. et ha-
 ued secus ac romani sacrificarent: Sed Alamanorū
 exercitus omnis: nam aliter longe hi sentiunt: si-
 ne ullo delectu: et per impietatem templa dirupe-
 bant simul et deformabant: sacraq; ex auro na-
 sa: et ad peragendam rem diuinam parata: prae-
 tiosamq; ceteram suppellectilem cum sustulissent:
 in possessionemq; turpiter uendicabant: eumq; ea-
 patrassent nec dum malefactis exsatiati: uel ur-
 nas ipsas quibus templorum structores recon-
 debant frangebant: euergebantq; pauimenta: &
 cruore templa fedabant: praedaeq; omnis conspir-
 cabatur: cum mortuos insepultos discernerent: ha-
 ued camen diuina longepost ita quae ob tanta
 haec scelera inferebatur: hos penis affecit: quando
 quidem bello partim partim morbo interiire ita
 ut eorum nemo quippiam sit ex pristina rapi-
 endi spe consecutus: Iniustitia namq; et erga de-
 um impietas: ut fugienda permaxime sunt: ita
 et prodesse nil poterunt: et in ipso praesertim bello:
 Nam patriae opem ferre ac patrias leges tueri & has
 deuastantibus se minus permittere: sed enxiu-
 fos impugnare: equum proculdubio fuerit: et
 generosum: qui nero lucri et auaritia gratia o-
 diuq; nulla ratione subnixi: cum nullum cri-

minandi ius habeant: si uelint in alienam irrum-
pere. et eos uicellere qui iniurie nihil intulerint
perfecto insolentes hi sunt. et plane insanunt ne-
que quid ius fasque sit norunt: nec magni id faciunt
si maleficiis sit infensior Deus: quo fit ut acriora
his inferantur supplicia: et ad insanabilem ca-
lamitatem quae praeue gesserint recidant: et si
ad breue felices existimentur. Leutari siquidem
Bulinoque istiusmodi euenerit: Nam ubi ea tam
seceste patrarunt: manubiarumque et praedae in-
genti se copia obduxere: et iam ueris tempore exi-
bat: et frumenta in proximo erant: ut demeter
rentur matura: Leutares in rerea ex ducibus
alter animo agitabat se domum recipere: et opibus
male partis ingurgitare: unde et eius germanum
fratrem Bulinum nuntius missis ad celicrem in
patriam reditum hortabatur: abire in rem mala
et bella iubens et fortunae incertitudines. Buli-
nus uero cum iureiurando iam confirmasset
aduersus romanos et pro gottis se bella gestu-
rum: hiique adulando barbarum permulcerent: ac
suum imperatorem fore se predicarent: uisum est
tandem manendum apud hos potius esse: et per-
agenda conuenta: unde apud Gottios is mansit:
et ad bellum necessaria comparabat. Leutares

itaq; cum coeteris circa se copiis praedam omnem
 q̄primū deferre secum accelerabat: et domum
 contendere: sed maxime is confidebat germanum
 statim ad se transmisiurum: qui periclitanti si
 bi presidio forent: verumtamen nec illi q̄dem
 quae cogitabat optatum sunt finem sortita: cū
 fratri auxilia mittere Bultino nil placuisset. Le
 uari igitur eadem qua uenerat uia iam redeū
 ti ad usq; Picenum agrum nihil hostile obuiū
 fuit: ubi autem eo peruentum est: positis circa
 fanum oppidum castris: premisit extemplo
 ut antea consueuerat: exploratores ad hominū
 tria milia: qui non solum quae ante se fierent spe
 cularentur: sed sicunde etiam hostes forsitan cō
 parerent: cum his bellum capesserent. Artaba
 nes interea et vldach vnus qui ad Pinfanz
 iunctis exercitibus stationem habebant: et sal
 tum insederant: ubi priuos hostium equites
 conspexere: in ipso littore ionici sinus iter ha
 bentes: ex oppido mox prodeuntes hostes inua
 dunt: multosq; gladiis cedendo obruncant:
 nonnulli rupe precipiti superata: deinde inde
 cliue delati in mare prono capite desaltantes:
 uorticibus absorti moriebantur. Eo nanq; in lo
 co litus aliquanto erigitur: et tumultum per

inde facit: non undequaq; sat peruium: nec ulli
qui ad eius summitatem peruenerit facilem pre
bet descensum: Lubricum preterea: et id quide
abruptum: ut pleraq; in ponti profunditatem
deuegit: ex his itaq; maiori suorum parte
ammiffa: qui forte superfuere: nullo ordine i
fugam se coniecerunt: et clamore ingenti et
eiulatu: in sua castra trepidi irrumpentes: per
turbationis et tumultus sic omnia complent:
ac romani iam iam instando in se aduentaret

Tum Leutares ipse ad incundum prelium ex
citatus: uniuersum exercitum mouit: atq; e
ita: ut armati omnes in phalangem instrue
rentur: et hanc quidem densissimam et longe
protenfam: Cum igitur ita se: franci haberent
et nihil aliud quod animos faceret tempus
afferret: captiui quorum apud hos magna
uis erat: cum relictis sine custodiis essent hosti
um occupationibus oportune abusi: q̄ celerr
ime poterant sese in fugam dedere: exiuias q̄s
cunq; his licuit e castris direptas in proxima
oppida conuulerunt: Sed Artabanes romano
rum et valdach vnnorum prefecti cum ha
udquaq; in hostes educerent copias: nimirum
qui nec bello his pares se fore existimarent: tv

Franci soluta iam acie: ubi in castra se receperunt: quanta rerum fuissent iactura affecti intellexerunt: prius itaq; q̄ damna aliud quippiam paterentur: uisum est in bonum his concessurum si celerrime educto exercitu ultra progredierentur: Extemplo itaq; iter aggressi: relicto a dextera ionico sinu: et litorca omni harenosaq; uia iuxta appennini montis radices iter fecere: sic itaq; in æmiliam procedentes: inx pado transmissi: cum ad uenetiæ loca iam peruenissent: Cenedam urbem: suæ tunc ditionis incolere: i ea decetero ut in tuto uicturi: angebantur tamen et perq̄ moleste ferebant: merentisq; animi dolorem magnam in modum pre se ferebant: quia tanta ex præda haud multum his reliquum esset: uisumq; est frustra tantos se subisse labores: sed non eotenus processit his infortunium: nam & paulopost pestilens morbus derepente cum hos inuasisset multitudinem absimebat: ita ut partim circumiectorum locorum aerem: ut noxium causarentur: et eius mali originem fuisse hunc ducerent: partim etiam uitæ incusarent mutationem: quandoquidem ex assidua belli exercitatione: longisq; itineribus ad ocium et delicias diuertissent: morbi tamen principiu

et calamitatis necessitatem non admodum per-
noscebant: Iniustitia namq; et rebus sacris: hu-
manisq; legibus illata iniuria: exitii causa his
ut equidem reor: fuisse: cui rei uel princeps ipse
argumento sat fuit: quem ex deo ingesta sup-
plicia diuexabant: quippe qui demens iam
factus in apertam est rabiem uersus: ut emen-
tes solent et furibundi: uertigo preterea crebi-
or quaedam eum excepit: euulatusq; edebat ho-
ribiliores: cernuusq; nonnunq; uel utrunq; in-
latus se prorueno illis solo uolubatur
abundantiq; spuma os ipsum proluebatur: Tu
oculi horribiles uisu inuersiq; erant: et eo iam
miser uesaniae uenerat ut uel propria membra
deseruendo gustaret: bracebus siquidem ubi
iam mordicus inhesisset: dentibus carne dila-
cerata: in fere bestiae morem is uescebatur: de-
fluentemq; lingebat cruorem: sic demum suo
exsaciatus: et paulatim deperditus miserime
ex humanis excessit: Ceteri uero passim mori-
ebantur: nil penitus remittente malo: quousq;
tandem uniuersi interiere: quinetiam uel fe-
bre maior pars degranata mortem obibat: no-
nullos apoplexiae morbus acerrimus inuade-
bat: alii capitis dolore peribant: et mentis ex-

cessu quidam: Itaq; dum uarie omnes afficerent
 in perniciem morbi ipsi cedebant. Cum leuatares
 igitur et ceteris omnibus qui se sequebantur:
 sic actum: et hunc ea expeditio habuit finem.
 Unde cum ueneti se res ita haberent. Bultinus
 interea alter francorum prefectus oppidis ca
 stellisq; omnibus ad Siculum usq; fretum fere
 deuastatis: ex templo Campaniam uersus urbē
 q; romam redibat: intellexerat nanq; Narsete
 et imperatoris romani exercitus eodem iam
 conuenisse: unde inerat animo: illis in locis
 nec moram diutius trahere: nec alias diuagari:
 sed cum omnibus copiis acie decertare: et sum
 me rerum periculum facere: quandoquidem
 sui exercitus pars non exigua interiret morbo
 correpta: iam enim aestas finierat: et autumnus
 mox subeunte uine et fructibus abundabant:
 quos tamen Narsetes milites cum summa re
 his esset omnia copia: continentissime iam pre
 ripuerant. Bultini tamen copiae omnes direp
 tis uuis et manu compressis: noui se odori mu
 sto ingurgitabant: unde intumefactus his ue
 ter distrumpebatur: atq; adeo ut euestigio inte
 rirent nonnulli: quidam uero morbi uim su
 perarent. Sed Bultinus ipse priusq; omnes hic

morbus peruinceret: belligerandum esse percensu-
it: utcuq; belli futurus esset euentus. Quocirca #
cum se in Campaniam contulisset: haud longe a
capua castra metatus est: et in ipsa casilim flu-
minis ripa: quod ex appennino defluens mon-
te per proximos circumagens se campos in tyr-
renum mare defertur: hic itaq; cum Locasset #
exercitum: fossaq; et uallo firmissimo commu-
nisset: ei loco satis fidebat: ab leua nanq; p mu-
nitione esse proximum flumen existimabat: ne
quis ea ex parte libere insultaret: et e curribus
rotas: quos secum affatim deduxerat: inuicem
iunctas: in terram ad axem usq; ita defixit: ut
superne semicirculus dumtaxat extaret: his
ulle: et magna stipitum vi: exercitv communi-
to: exitum quendam non satis amplum: nec
uallo obductum: reliquit: ut ea facile ire dum-
uellent sui in hostem possent: incurfus recursus
q; facere: quin etiam ne supra flumen pons sibi
incustoditus relinqueretur: ne ue ex eo iactu-
ram acciperet: hunc statim preoccupat: et Li-
gnea turri desuper structa: in ea uiros imponit
ut pugnacissimos: ita et armis optime commu-
nitos: cum ut e tuto preliarentur: tum ut hostes
transitv prohiberent: si transire forsitan per ten-

tassent: his itaq; singulis hoc pacto dispositis: nisi
 est oportune se omnia preparasse ita ut uel dormi-
 enti sibi liceret iam bellum inferre: nec quoq; pac-
 to sibi id contra posse inuito inferri: quæ autem
 fratri apud venetiam accidissent nondum intel-
 lexerat: admiratione tamen capiebatur: cur si-
 bi uti inter se forte conuenerant: nondum ille
 misisset exercitum: nec deerat quin in suspitio-
 nem ueniret: haudquaq; cum id more tam diu
 traxisset: nisi aliqua sibi et grana occurrissent:
 Sed alioquin uel sine fratris presidio superatus
 se hostes sperabat: ut qui maiores q̄ illi haberet
 apud se copias: nimirum quod reliquum sibi
 exercitus fuit ad triginta milia uirorum forti-
 um accedebat: cum romanis uix duo de uing-
 ti milia essent: unde q̄maxime confidebat se rem-
 bene gesturum: itaq; uniuersum exercitum pro
 impetio hortabatur: ut scirent non paruis de re-
 bus presens id fore certamen: Nam aut italiam
 possessuri inquit nos sumus: cuius rei huc gra-
 tia uenimus: uel plane id relinquet̄: ut omnes
 hic per ignauiam moriamur: quocirca o viri
 fortissimi illud potius q̄ hoc uelle debemus cum
 satis constet si bello boni futuri sumus ea nos
 consequi posse quæ diu optauimus. Bultinus

itaq; his multitudinem commonefacere iubil in
termitebat: milites uero ut spei iam pleni confir
mabantur: et utcuq; uisum arma parabant: si q
dem alibi secures acuebantur: hic patria tela que
illi angonas dicunt: illic uero scita refracta sar
ciebantur et facile expediebantur eiusmodi cæte
ra: huic nationi tenuis est et neglectior armatura
et que non uaria ad ornatum indigeat opificii
arte: nisi eorum qui ea utuntur: Siquid forte
ut fit: corrumpatur: non enim thoraces hi uel
ocreas norunt: plerisq; in bello detecta sunt ca
pita: perpauci casside operiti: armis decernunt:
sed pectore nudato et tergis ad infimos renes:
amiculo præterea lineo partim: partim e corio
succincti: et tibias contegunt: equis haudquaq;
utuntur: præter paucos admodum: ut qui patri
o more: pedestri in pugna coaluerunt: in eaq;
exerciti egregie sunt: ensis a femore leuo ex la
tere scutum dependet: Arcus funda: et tormen
ta eiusmodi cætera tela saxa ue contorquentia
insucta his sunt: sed dolabra securesue ancipite
gestant: et breuia pro patria consuetudine tela:
que ipsi anconas ut diximus: uocitant: et qb^o
res magnas: cum opus est: gerunt: ac tunc præfer
tim cum pede collato decertant: aut in hostem

incurrunt: huius teli pars maior ferro obducta
 est: ita ut ex hasta parum aliquid preter capu-
 lum totum uix preferatur: in superiori autem par-
 te circa ferri aciem ipsam: recuruae extant utriq;
 tanq; hami: laminulae quaedam coarctatae pre-
 acuteq; et ad ipsius teli partem inferiorem deue-
 gunt: id teli genus in ipso congressu emittunt: ita
 ut si altius forte inhererit corpori: subeat mox: ut
 par est: et acies ipsa hamata: unde nec qui uuln^o
 exceperit: nec alius quispiam queat id telum a-
 uellere: urget namq; recurua acies illa carni te-
 nati herens: doloresq; affert acerbiores: atq; adeo
 ut si non alias hostis letali sit uulnere idus: ex
 eo tamen emoritur: quod si impactum clipeo te-
 lum id fuerit: ex eo mox pendulum heret: et cir-
 cumfertur: per solumq; trahitur: unde ea est
 francorum consuetudo: ut ubi affixum scuto
 telum id uiderint: impetu facto: ac pede capulo
 conculcato: hostis scutum umbone quassatum
 perfringant: quo fit ut et gestantis manu depres-
 sa: caput illi nudetur et pectus: hoc pacto hostem
 quis nactus nulla parte munitum: siue fronte
 securi percutiat: siue gulam ferro traiciat: con-
 festum obtruncat: utiusmodi igitur franci sunt
 arma: et in praelium ituri hoc se armati commu-

nuebant: Narses uero romanorum prefectus ubi francorum in se aduentare exercitum comperit: et extemplo omnibus eductis ex urbe copiis: tam longe ab hostibus castra locat: ut et audire strepitum posset: et uallum prospicere: Sic itaq; duo exercitus cum ad inuicem in conspectum uenissent: dum interea acies utrinq; instrueretur: et locarentur presidia: uigiliæq; frequentes iam fierent: ac duces spectando copias circumirent: et spes quidem et timor mutuis erat: et affectus huiusmodi cæteri: quibus affici solent qui magnis de rebus contendunt: uicissim hos innuebant: nec secus et italiæ oppida uniuersa suspecta quidem et nutantia erant: et ad quos nam accederent dubia: franci interea proximof uicos depopulati necessaria apertius importabāt: quod Narses ubi primum aduertit: sibi quidem si id pateretur indecorum fore arbitrabatur: et alias animo haud satis equo ferebat: si aduersus onera gestantes exeuendum iam esset: q̄ tam libere et q̄ proxime uagarentur: perinde ac in pacata hostile nihil spectarent: itaq; uisum est tamen haudquaq̄ de cetero tantum licentiæ his permittendum: sed inhibendos enixius esse: C haranges uir quidam armenius erat: ut corpore

ualidissimus ita et prudentia mirifice predictus
 et cum res posceret a dire pericula assuetus: huic
 itaque fuerat nanque in ultimis castris hostibus im-
 minens ex aduerso locatus: inuinxit Narses: et
 ut in eos qui uehicula ducerent confestum irru-
 peret et quancuncque his posset iacturam inferret:
 ne ultra hi auderent pabula tam licenter inuehe-
 re. At Charanges equo inscensio: cum paucis sue
 turme militibus carpenta partim hostibus demit:
 ductores partim obruncat: unum forte arido et
 siluestri onustum feno: ad turrem quam franci
 supra pontem et ligneam fabricarant: quae proxime
 applicat: et igne immisso flammaque ingenti
 focus excitata: machina omnis illa contabula-
 ta corripitur: Tunc barbari qui in eo fuerant
 praefidio collocati: cum se ac turrum tueri nil pos-
 sent: relinquere locum decernunt: et uix cum se
 ex alto precipitassent: ad francorum exercitum
 fuga se receperunt: et Romani ponte euestigio
 potiuntur. His igitur ita peractis: franci quae pri-
 mum: uti par erat: turbati: tumultu et trepida-
 tionis omnia complent: frementesque ac ira succen-
 si et rapidi ad arma capessenda procedunt: ita
 ut animum continere nil possent: sed pretermo-
 dum omnia auderent: et ea confidentia essent

ut nec quiescendum sibi amplius esse censerent :
nec belli tempus aliud expectandum : sed die ea
dem in aciem prodeundum : tametsi his Alemanni
ca uates predixerant : ne eo die bellum susciperēt :
quod si fecissent scirent se omnes ad internitionē
interituros : ipse uero nil ambigo siue in alterum
diem : siue in alium item atq; alium utcuq; fuisset
prelio decertatum : eundem euentum hos habituros
fuisse : qui et tunc fuit : non enim dici hęc
immutatio his satis fuisset : ne impietatis et scelerum
luerent penas : siue igitur ob eorum facinora id ita
euenerit : siue pro suarum uatum & oraculo
predicentium utcuq; futura : haud tamen uel uanum
fuisse id uaticinium : uel non finem sortitum : ut
multis iam uisum fuerat : sat constat : nunc uero
quemadmodum res gesta hec sit ad uerum iam
explicemus . Franci cum eo animi impetu essent :
et iam arma tractarent : Narses armari suos
mox iussit : et in eum locum eduxit exercitum :
ubi in phalangem erat hic militem instructurus :
Dum interea mouetur exercitus et prefectus equum
inscenderet : interuenit qui nuntiaret Erullum
quempiam nec apud suos uulgarem : neq; obscurum :
sed clarum et primarium uirum domesticum serui

et delinquentem miserrime occidisse. Tunc Nar-
 ses inhibito frenis equo deduci in medium iu-
 bet qui hominem occidisset: perinde haudquaquam
 par esset prius in prelium ire quam abolitum esset
 et expurgatum seclis: eo igitur factum id peccato-
 tante: fatebatur barbarus: nec inficias ibat: et
 licere dominis asserbat: pro arbitrio seruos ne-
 care: ut eiusmodi sortis et ceteri scirent eadem
 se nisi sapiant: perpetruros. At Narses ubi homi-
 nem uidit commissi facinoris: nil penitere: sed
 audaciam adhuc praese et insolentiam ferre: et
 prudentiae sibi nimium uendicare. Littoribus
 iubet in eum iure ut agerent et necarent: unde
 mox illa ense transfossus occubuit. Crullorum
 tamen turina omnis ut barbara: id egre factum
 ferebat et acerrime angebatur. Tum Narses cae-
 dis iam scelere expiato: et Crullorum non ma-
 gna habita ratione: in aciem statim processit: et
 ingenti uoce id clamitans: quicumque uictoriae
 uult se participem fieri: me sequatur: ea hic erat
 animi magnitudine: atque adeo diuino presidio
 confidebat: et ad rem procedebat longe ante
 precognitam. Sindual autem Crullorum pre-
 fectus et turpe simul nec plane ingnuum fo-
 rebatur: si in tanta belli mole: cum ipse: tum

erullorum exercitus defectionis et perfidie ar
guerentur: et re quidem appareret se hostes refor
midare: et alioquin sub pretextu quodam i mor
tuum beniuolentiae conceptam animum formidi
nem occultarent: igitur cum non ultra inter
positam iam moram tulisset: Narseti significa
uit se ut statim cum exercitu uenturum operi
retur: et si alias unquam: nunc tamen quam maxime
opem laturum. Tum ille expectandi tempus
non esse respondit: curaturum se tamen ut et
hi ordine suo locentur: si uel paulo seruius ad
se aduentarint: Erulli itaque armis quam optime com
muniti: instructi sensim progrediebantur. Nar
ses uero ubi ad locum peruenit quo erat acie
decernendum: exercitum ex templo in phalan
gem instruxit: equites utrinque dispositi erant
postremi peltati alati que qui uel gladios peracu
tos et sarissas gestarent. Narseti ipse in dextro
constitit cornu. Zandalas deinceps familie
et domesticorum prefectus: non tamen umbelli
um hunc sequebatur: e duobus lateribus. Va
leriani et artabanis milites erant: his impera
tum in densiorem se silue partem occulerent
et ubi in congressionem hostes uenissent: dein
prouiso aggredierentur: terroremque illis inca
g

terent: pedites deinde quicquid erat intermedi-
 um loci tenebant. In fronte preterea principes sta-
 bant: quibus ad bellum erat cum romanis inita
 societas: thoraces ob longos induti et solidissi-
 mos cassides capitibus gestantes: post hos et alii
 densiores sibi inuicem incumbebant: sic ad poste-
 mos usq; agmen claudebatur. Leuis insuper ar-
 matur. e omnes et sagittarios post hos colloca-
 uit: sagittandi tempus operiens: fuerat erullis
 locus in phalangis medio seorsumq; destinatus:
 usq; adhuc uacuis erat: nondum enim aduene-
 rant. Interea ex erullis duo ubi iam aduenis-
 sent: sua sponte ad hostes se paulo ante contu-
 lerant: ignari tamen quid postea Sindual eo-
 rum prefecto animi esset: francosq; concitarunt
 ut q̄cellerrime in romanos irruerent: fore naq;
 hi affirmauerant: ut romanos turbatos territo-
 q; et sine ordine ullo deprehenderent: quandoq;
 dem erullorum exercitus his merito succensero:
 negaretq; pro his se bellum gesturum unde et
 pro istorum defectione ceteram esse multitudi-
 nem territam. Tunc Bultinus his facile persua-
 sus: ut qui ita rem fore q̄maxime cupiebat co-
 festim in hostes copias duxit: rectaq; et animi
 non mediocri cum promptitudine barbari in

Romanos prodibant: non quieti neq; ex ordine:
sed pro crullorum et transfigarum dictis: rapi-
di et uoluitantes barbarico cum ululatu: turbido
quidem et petulanti: perinde clamoribus inuo-
laturi quodcumq; obuium fieret: erat autem
barbarici agminis species triangularis et del-
te littere similis: frons ipsa anterior: quae in-
acutum claudebatur frequens quidem et den-
sior erat: quia circumquaq; scutis obstruabat:
dixeris sane suis hos caput ex ea instructi ag-
minis serie figurasse: Ale autem utrinq; per-
turbas et agmina condensat: et q̄maxime
intortus protens: placide ab inuicem diri-
mebantur: in progressuq; in uastam termina-
bantur hae latitudinem: ita ut in medio uacu-
us locus relinqueretur: e quo terga nudata ex
ordine comparerent: Nam terga tergis inuicem
uerterant ut facie uersi in hostem essent: e tatoq;
et scutis prelati certarent: posteriora uero op-
posita erant ut se acrius tuerentur: Narseti
uero: ut prosperam fortunam iam nacto: et
his quae gerenda essent q̄optime arte et pru-
dencia preparatis: cuncta in rem successere: na
postq; barbari cum clamore ingenti et ululatu
citatoq; cursu uadentes impetum in romano

fecere: Extemplo qui in fronte principes erant
 circa uacuum locum erullis relictum irruen-
 do mouerunt: mox primi ex barbaris agminū
 densitate perfracta: et strage haud sane magna
 tunc edita ad postremam aciem peruaferunt: &
 nonnulli etiam impetu facto hanc preteruerti
 pertransierunt: ut romanum prorsus exercitum
 sublaturi. Tunc Narces inflexo sensim porrec-
 toq; cornu phalange facta equitibus sagitari
 is iussit utrinq; in hostium terga sagittas im-
 mitterent: at illi iussa exequiebantur: ex eqs
 nanq; pedites barbaros distantes dispersosq; &
 ex adito ferire q̄ facillime poterant: et cum non
 procul ea ex parte hi ab equitibus essent qui
 tunc extrema tenerent: hostes haudquaq; lon-
 ge astantes: et ea e regione qua et ipsi bellaret
 sagittis erat minus difficile superare: et qui
 se ex aduerso offerrent ferire: undequaq; igit̄
 francis terga traiciebantur: cum interea a de-
 xtro cornu romani ex ea regione hostes uasta-
 rent: et alios item qui utrinq; pugnarent: quo
 factum est ut cum non ex ordine romani: sed
 alternis in hostes ferrentur: obuium quodcū-
 q; fieret: deperderent: barbaros prorsus laterē
 quemadmodum se tuerentur: nec unde nam

ictus exciperent satis considerarent: Nam cum
in romanos uersi hi astutissent et sibi quisq; dū
taxat intenderet cum armatisq; qui in conspec
tu essent manus consererent: sagittarios eq̄tes
a se prorsus auersos instructosq; nondum con
spicati: quandoquidem non pectore cederent:
sed tergo: quo malorum uenissent nosse nul po
terant: tamen multos ut hoc animo ageret:
nec locus quidem daretur: subsequente mox
uulnus morte: Nam primis qui in fronte pre
liarentur affatim cadentibus. alii qui in int
riorem aciem erant prodibant: cunq; continē
ter id fieret consumebantur his copiae et ma
gna vis hominum interibat: et ad paucitatem
redigebant: Interea Sindual et ulliq; cum e
proximo pugnae interuenerunt: hostibus obui
am fiunt: qui acie iam excedebant: cum his e
statim ubi ad manus uenissent: rem enixe ge
rebant: tum illi re subita consternati: insidia
ueriti: extemplo in fugam uersi: et illos trans
fugas prodicionis insimulabant. Sindual ue
ro agmine toto in hostem immisso: temporis ni
hil intermittendo: tamdiu fugientibus institit
quoad partim prostrasset: partim in fluiuium
impugisset: his peractis: ubi in aciem reducti

hi constitissent Locus ille et uacuis in phalange
 relictus oppletur: franci itaq; perinde rebus in
 uolunt undiq; cedebantur: Nam et ordo ipse disso
 lutus his penitus erat: et se passim et temere confu
 si inuicem adglomerabant: cum sibi quid agen
 dum esset: ut in te trepida nil internoscerent: Tum
 Romani non solum hos sagittis necabant: sed una
 omnes qui uel armis contegebantur: uel leuioris
 armaturæ milites essent: acruis his insistebant: &
 iaculandoq; et fudes diuerberando turbatos in
 sectabantur: et gladiis obruncabant: haud secus
 et equites cornu altero facto in medium hostes
 excipiebant: et si qui forte gladios declinassent
 precipites his insectantibus in flumen defereban
 tur: et gurgitibus hausti interibant: unde et bar
 barorum continens euulatus ubiq; miserrime
 morientium audiebatur: demum et Bultinus
 ipse francorum prefectus cum uniuerso exerci
 tu ad internitionem occiso occumbit: ita ut
 francorum nemo se ad proprios Lates receperit:
 preter homines quinq; utcumq; euaserint: inter
 hos et crulli duo illi et transfuge cecidere: Quo
 igitur pacto non perspicuum fuerit fuisse hos
 scelerum penas: et maiorem vim aliquam hos
 accessisse: quandoquidem infinita illa francorū

alemanorumq; multitudo et ceteri omnes qui
hos consecrati bella gesserunt: sublatis funditus #
sunt: Romanorum uero octoginta dumtaxat
desiderati: qui primam hostium impressionem su-
sciperant: in hoc p[re]lio egregie se gessere roma-
ni agminis fere omnes: Sed barbarorum qui-
simul belligrassent Aligernus gotthus qui &
pugne interfuit: Sindualq; erullorum prefec-
tus: et is nemini inferior factus: Narsetem ta-
men omnes laudibus ferre et demirari: quod
eius prudentia fuerint ad gloriam ingentem
euecti: ipse uero uictoriam tam claram et ce-
lebrem: non alteri cuiq[ue] antehac duxerim exer-
citu contigisse: et si quos forte quondam com-
pereris non absimilem fuisse cladem perpe-
ssos quam et franci hoc p[re]lio tulerint: ob iniustiti-
am tamen inuenies hos interisse: Datis olim
Darii prefectus et Satrapes ubi cum persarum
exercitu Marathonam se contulisset: euerten-
dam atticam esse censebat: cum hanc simul &
græciam uniuersam: causa eius aduentus nec
pia quidem nec iusta: Sed uti apparet: cum
Darium totius asiæ non caperet magnitudo
molestè ferebat nisi et Europam insuper occu-
passet: unde per Miltiadem deuicti cum Datis

ipso et principe et debellati sunt Medii. fuere
 nanq; tam multi eo prelio cæsi. ut Atheniense
 ferant nonnulli. anteq; id bellum inirent. pro
 interfectis hostibus parem hircorum numerum
 se Dianæ immolaturus. comminatos fuisse. et
 in eam necessitatem redactos. ut deficientibus
 hircis. cum nequirent uoti compotes fieri. nec
 promissa persoluere. uel capras insuper immo
 larint. nec tamen ad numerum has suffecisse.
 Xerxes præterea ille et magnus cum suis mitan
 dis eodem modo deuictus a grecis est. siue q̄
 insolens esset et Nebulo et subacturus uenerit
 qui nil deliquissent. multitudini dumtaxat
 confusus armorumq; apparatus. rectiore con
 silio non admodum utebatur. sed iuste pieq; ≠
 Athenienses fecerunt qui pro libertate pugna
 rent. et nihil pro uiribus ommittendo. quæ in
 rem essent et consultarent et gererent. Lacedæ
 moniis præterea Gylippi aduersus Atheniense
 trophæa. Niceæq; et demostenus internitionem.
 et mala cætera quæ apud Siracusas perpessi hi
 fuerant. num ob aliam ob causam facta fuisse
 comperturus est quispiam. nisi ex temeritate
 et iniustitia. quid enim sibi in aliena Atheni
 enses uolebant. qui hostibus omissis. qui p

foribus essent q̄ longissime a domo ut ductarent
exercitus et pro Sicilia assequenda iactura affice-
rentur. Posset quispiam et cuiusmodi alias temeri-
tatis et iniustitiae origines recensere et quem ad-
modum haec auctoribus ipsis offerunt pluri-
mum. Sed de his haecenus. Hoc bello peracto de
bellatisq; francis cum tempus iam esset ut in
patriam se quisq; reciperet. Romani suis qui in
bello ceciderant pro eorum more ritusq; sepulti-
lectisq; ex occisis hostibus spoliis facto insuper
ingenti armorum cumulo et eorum pecunia
omni auersa direptisq; rebus ceteris ac preda-
onusti peana canentes. Leti et alacres corona-
tiq; ante prefectum ordine incedentes romam
uenerunt. Poterat circa Capuam quisq; campos
spectare cruore ac sanie diutius inundasse et
proximum flumen excessisse iam ripas: qui a-
ultra q̄ ferre posset hostium cadaueribus reple-
retur: mihi uero ex incolis quidam nonnulla
elegia recitauit in urnam insculpta lapideam
sub casilini fluminis ripas locatam: quae huius-
modi sunt: aquas casilini fluminis mortuus
grauatas suscepit tyrreni maris litus: quan-
do francorum gentem occidit ausonius ensis:
ubi misero hęc gessit morem. Dultino. felix etiā

iste fluctus: et erit barbarico pro trophæo diutur-
 ne eructans sanguinem: id epigramma siue i-
 uero lapide fuerit insculptum: siue alias utcu-
 q; celebre sit: ad me peruenit: haud tamen dif-
 fido fuisse hoc modo inscriptum: erat nimirum
 eorum forte in monumentum: nec sane ingratum
 qui in ea congressione et bello fuere. Interea ro-
 manis renuntiatur quemadmodum uenetiae
 cum leuatio suisq; omnibus actum fuisset: vn-
 de cum ciues ipsi tum et exercitus tripudia
 passim et panegyricos ludos pre uoluptate age-
 bant: perinde nihil his esset hostile decetero oc-
 cursurum: sed futurum ut pacifice impostere
 et per quietem ducerent uitam: quandoquidē
 ubiq; deperditis italæ inuasoribus: minus pv-
 tarent alios se de integro inuasuros: et uulgo
 quidem hoc animo hi agitabant: ut qui uera
 contemplari haud sat nossent: sed deliciis in-
 uoluti ad uoluptatem omnia et pro arbitrio
 iudicarent: Narseti uero ex æquo omnia me-
 ditanti: ut rerum imperiti et plane desipientes
 hi uidebantur: qui non ultra necessarium
 ducerent alios sibi subeundos esse labores: sed
 ad uitæ mollitiem potius relabendum: relin-
 quebatur ergo: ut arbitror: pro uini ut ampho-

ra scutum et cassidem darent: adeo hi superuacua
nea et inutilia imposterum arma fore rebantur.
Narses tamen qui decenter cuncta calleret: iterato
sibi cum francis suscipiendum omnino bellum
existimabat: unde q̄maxime uerebatur: ne ro
mani in ocium uersi corrumpere animos: ita
ut si rursus esset in aciem prodeundum: segni
tie marcentes pericula declinarent: quod sane
haud longe post erat futurum: iccirco statim
exercitv conuocato ad continentiam et fortity
dinem militum animos transferendum: inso
lentiamq; immodicam precidendam: orationē
huiusmodi precipuam habuit et elegantem. #
Qui temere et non alias quondam felicitatis p̄a
ticiparunt non indecenter hos duxerim ad re
rum imperitiam declinare: insuetudineq; pec
tereri: et tunc maxime cum demproiiso: et
preter dignitatem se aliquid offerat: Vos uero
o uiri quam excusationem aut pretextum op
posituri iam estis: si quis uos forsitan inconstā
tiae et lauitatis insimularit: num illud dictu
ri: quia nunc primum uictoriam degustastis
non antehac uincere assueti. Vos tamen Totyl
lam Teiamq; perfectos: et uniuersam gotthica
nationem q̄longissime propulsastis: nunc ue

ro supra vires fortunam periclitamini: quæ nã
 enim felicitatis magnitudo: cum romana pote
 rit gloria comparari: Est sane nobis innatum
 et patrium hostes continentet peruincere: unci
 te ergo: et non minus q̄ uestra ad uincendum
 dignitas postulat: nec preter decus: rerum ex
 perientiam imminutam prestate: horum nanq̄
 uos decorum participes facti iam estis: non ex
 ocio aut uoluptatibus: sed labore continuo et
 sudore: et in aduandis periculis studio et exer
 citatione: quo circa insistendum his erit quib⁹
 antea insuculistis: nec solum oportet presentib⁹
 delectari: sed futura prospicere: ut uel ea pari
 felicitate sequantur: ista uero haudquaq̄ con
 siderantibus: nec firmiter erit rerum prosperitas:
 sed fortuna in contrarium uersa: ut sepe alias
 contigit: mox immutabitur: et fr̄anci ipsi ex
 his quæ sunt recens perpessi uobis sint docum̄
 to: quibus deuictis non iniuria uos gloriamini:
 hi nanq̄ eorum rebus recte agentibus: in
 insolentiam uersi: bellum aduersum nos susce
 perunt: cum nul̄ preuiderent q̄ falli spes solet:
 Sunt enim sua potius temeritate q̄ nostris armis
 deperditi. Indecorum igitur uos uiros romano
 bil̄ ipsis affici malis: quibus et barbari: et nō

magis sapientia hos superare q̄ robore: non enim
quis uestrum existimet nihil impoſterum hoſti-
le noſ inuaſurum: vniuerſis iam hoſtibus truci-
datis: quod ſane etſi ita ſe habeat: haud tamen
iccirco moreſ ſunt immutandi: nec decuſ pri-
ſtinum ommittendum: accedit etiam qđ uestre
opinionis preſentium rerum naturam conueni-
re poſſe comperturus eſt nemo: francorum naq̄
id genus: et vi hominum ingenti abundat: et
late diffunditur: in rebusq̄ bellicis eſt probe ex-
citatum: iſtorum pars quaedam et paucula q̄s
uicinus ſunt: adeo ut illorum iacturam non
iſtos perterreat: ſed in iram potius concitatit.
vnde haudqua q̄ futurum eſt ut quieſcant: uel
acceptam iniuriam ut tacitam ferant: ſed ma-
iores in noſ ductaturi ſunt copias: et bellum
haud longe poſt illaturi: Nunc itaq̄ ſi id fore
uideatur: reiecta ſocordia ad bella gerenda acri⁹
longe q̄ antehac animos renouate: et eo magis
quo longe maiora q̄ preterita fuerint: futura
ſint expectanda: uobis nanq̄ ita agentibus: ſi
illi q̄primū irruerint: paratos aggredientur:
et eo in ſtatv: ut ad cogitandum quæ in rem ſit:
nulla mora indigeatis: qđ ſi forte ceſſauerint
nam dictum eſſe utrunq̄ uelim: noſtra ſunt

tamen in tuto mansura et q̄optime uidebitur :
uobis rebusq; uestris consuluisse : his ubi Narses
romanos commonefecit : cepit mox omnem exer-
citurum pudor furoris pristini penitentem : quo
factum est ut negligentia prorsus eiecta et de-
pulsis que prauē iam senserant : ad patrię con-
suetudinis decus redierint . Gothorum autem
agmen ad hominum milia septem bellicosoz
qui plerisq; in locis francos bello adiuerant
cum romanos crederent haudquaq; se missos
facturos : sed non longepost incurfuros : confesti
in capsum oppidum se receperunt : erat sane ua-
lidus hic et munitissimus locus : ut in edito
et precipiti situs : precisusq; undiq; et extantib⁹
saxis protenditur : ita ut hostibus sit haud fa-
cile peruius : huc Gothi cum se recepissent in-
tuto se fore rebantur : non enim his quoq; pac-
to animo merat romanis se dedere : sed totis vi-
ribus impugnare si qui forte contra se irent :
et hos quidem vir barbarus concitabat : eoz
dux factus : Ragnares huic erat nomen : haud
tamen gotthicę gentis : nimirum qui brito
esset : vnnica natio britones sunt : sed alioqn
vir acer ille erat et uasfer : et utcuq; uires iam
nactus : agmini preerat : renouandi aduersus

romanos hunc bellum cupido inceserat: ut ex
eo celebrer fieret. Extemplo itaq; Narses cum vni-
uerso exercitu ad hos oppugnandum processit: &
cunq; minime posset castello ex incurfu appro-
pinquare: et loco nollet difficili bellum is gere-
re: in obsidione mox circumsegit: dispositis cir-
cumquaq; custodiis: ne quid inueheretur: neue
quo libitum esset illi abscederent: ex his tamen
haud magno afficiebantur barbari detrimento
Cum in oppidum necessaria omnia et magnam
vim pecudum iam antea importassent: sed ali-
oquin moleste ferebant romanorum obsidione:
indecorumq; fore rebantur: si moram ibi hi di-
uti traherent: et ipsi in mediocri presidio coer-
cerentur: eruptiones tamen crebras hi facta
bant: si inde possent romanos propellere: sed ni-
hil memoratv dignum gessere: Interea transac-
ta iam hieme et uete incipiente barbarorum
prefectus colloquendum de presentibus rebus
cum Narsete necessarium duxit: permissum &
itaq; ut cum paucis ad destinatum colloquio
locum ueniret: ubi eo conuentum: plerisq; de
rebus disceptatione iam facta: ubi Narses iac-
tari iam et insolescere barbarum uidit: et ma-
gnificis uerbis nimium sua offerre: conuentum

mox soluit: de ceteroq; ne se adiret prohibuit &
 illumq; ad suos re infecta dimisit in sua et pri-
 ori conditione mansurum. Tum barbarus ubi
 in collem euasit: nec longe ab oppidi muris ab-
 esset: grauer ferens quod nihil sibi pro spe suc-
 cessisset: sensim et clam arcum intendit: et in
 hostrem uersus: sagutam in Narsetem immisit:
 qua alio spem preter delata: et neminem offen-
 dente: consecuta est statim barbari hominis ne-
 quitiam pœna: Siquidem qui circa Narsetem
 tunc temporis erant satellites: illi ob audaciã
 ira succensi: euerberatis sagittis letali uulnere
 miserum affecere: quo enim pacto non erat id
 perpeffurus: qui tam audax facinus et tam
 nequiter admisisset: uix itaq; ille in castellum
 per suos relatus et biduo uiuens inglorius e vi-
 ta excessit: et hunc barbarus habuit temeritati
 et perfidie exitum: hoc mortuo Gothi non
 enim de cetero se obsidionem laturos existima-
 bant: Narsetem precibus fatigarunt: ut fide
 data incolumes se abire permitteret: qua re iu-
 riuando firmata: se ipsos et oppidum tradide-
 re. Tunc Narfes integros omnes seruauit: et
 quia facturum se ita iurauerat: nec equum
 fore decerneret uictos crudelius trucidari: &

ne tamen iterato res innouarent Byzantium omnes ad imperatorem transmisit: dum hæc agerentur Theudiualdus adolescens qui francis italiæ proximis imperitabat: ut supra iam diximus: miserrime iam ex humanis excesserat: & morbo quo afficiebatur confectus: Chelsuerdus uero clothariunq; ut generis propinquitate q̄ proximis ad hereditatem leges uocabant: hos inter tam grauis contentio nata: ut non multum abesset quin tota natio deleteretur: Chelsuerdus grandis iam natus erat: senioq; et egritudine tenebatur: atq; adeo: ut emaceratum haberet et tabidum corpus: liberos mares nullos susceperat: qui sibi essent in imperio successuri: sed ad filias rediisset hereditas: clotharius uero adhuc ualidior erat: et non multum etate p̄uectus: sed rugare tum primum ei facies ceperat: iuuenes huic filii erant: et ad omne facinus & promptiores: et qui rem aggredi iam inceperant apertiusq; inter se consultarent: patriq; identidem dicerent: haudquaquam Theudiualdi bona esse per se omittenda: presertim cum uel Chludiuerti ipsius imperium: quia exacte ætatis iam sit: ad se suosq; liberos esset haud longe post recasurum: haud tamen spes eos sefellit:

Nam senex ille sua sponte his regno cessit: uere
 batur nimirum: ut arbitror: alterius uires: et ꝑ
 declinare inimicitias cupiebat: ipse tamen pau
 lopost uita excessit: unde francorum imperium
 ad clocharium integre statim peruenit: ita loꝝ
 itaq; francorumq; res ita se tunc habuere. Tem
 pestate hac ipsa maturis iam frugibus: Bylan
 tii et aliis plerisq; in locis terra uehementius ꝑ
 mouit: atq; adeo ut ciuitates q̄ multe: tam
 insulares q̄ continentis derepente quassatę eue
 terentur: habitatoresq; funditus interirent: un
 de Beritos ciuitas illa pulcherrima: phenicie
 maximum ornamentum: prorsus dehonestata
 prostratur: et inclita illa et celeberrima mira
 uarietate antehac ædificia corruere: ita ut ꝑ
 preter pauimenta: nihil fere sit reliquum factū:
 Multi mortales ut incolę ita et peregrini ruen
 tum & edificiorum mole oppressi occubuerunt: ha
 ud secus et luuenes alienigene quidam et sa
 ne ingenui et q̄ optime eruditi: qui perdiscenda
 rum legum de causa: et romanarum: ea in ur
 be commorabantur: cui id patrium erat: et ꝑ
 inde minus precipuum legum apud se ut
 haberet studia constituta: hac ciuitate delecta
 qui leges docebant et cladi superfuere: Sidone

propinquam urbem se transtulerunt: quousq;
Beriton ex-edicata iterato iam staret: restau-
rata tamen haudquaquam prioris specimen prebet
tamen si recognosci sat queat: pristinam illam
hanc esse Beriton: per id temporis et inuasta il-
la alexandriæ urbe: quæ ad Nilum flumen
est sita: sensus quidam eius turbis fuit: brevis
tamen et pauculus: nec omnibus cognitus: unde
incolæ omnes et precipue iam ætate prouet-
tiores: pro ingenti miraculo quod contigit ha-
buere: cum ibi antehac nunquam terræ hic motus
fuerit: prope formidine tamen omnes re mira &
subita consternati in publicum se effundebant:
et me simul qui ibi tunc legum et eruditionis
gratia aderam: etsi parui motus terror inuasit:
et eo magis quia mecum tacitus cogitarem alex-
andriæ ædificia nec firmiora esse nec satis
ampla: nec posse uel ad breue commora subsi-
stere: nimirum cum extenuata hæc sint: et sub
uno lapidum contextu extracta: qui timor
haud sane superuacaneus uidebatur: cum uel
uiri litteratissimi eodem pauore: non preterit
adeo concussionis de causa: quam futurum detineba-
tur: hi namque exhalationes quasdam esse asse-
uerabant inflatiores quidem et siccas: infra

terre concauitates coercitas et quia non faci-
 le euaporent in interiorem terre has partem ui-
 olentius conuolutas uniuersa superstantia #
 commouere quousq; tandem impetu uiolento
 compressionis in apertum ferantur: hi preterea
 qui pro rerum natura ista edisserunt Egypti
 terram affirmant suapte natura nil posse ut #
 humilem quidem et planam nec confragosam
 inflari spiritibus eisdemq; pre eius fragilita-
 te crebrius eructare: si hos forte admiserit. Sed
 cum opinatio ista et si non forte iniquior esse de-
 prehenderetur: arguebatur tamen haud satis
 habere iam firmitatis: unde non iniuria ceteri
 uerebantur: nec in contrarium ut aiunt: his ce-
 deret titulus et in discrimine forent: ut non so-
 lum egiochum Iouem experirentur: sed et ter-
 ram quatientem Neptunum: Sed siqua forte
 egypti pars quatiatur: profecto non deerunt
 qui eius motus et causam satis percalleant #
 nec alie defuture sunt rationes quibus que
 de terre uaporibus hi senserint confirmentur.
 Mihi uero uidentur: quantum homini specta-
 re licet: argumentis fredo: ut recondita inter-
 noscat: non omnino a uerisimili decentiq; hi
 aberrare: a uero tamen q; maxime: Qui enim

ad uerum nouerit quispiam que minus uidentur
et superna esse sat constet. Nos uero contenti cri-
mus si cognitione eo usque prouehimur: ut non
ignoremus: diuino quodam et potiori consilio
fuisse omnia instituta: sed nature principia si-
mul et motus: et singulorum que fiunt causas
contemplari: et ratione quadam scrutari: et si
non omnino inutile: haud tamen ingratum fo-
re existimandum est: at opinari et pro indubi-
tato habere quemadmodum attingi que uera
sunt possint: uereor ne insolentia ea res sit et
rudior longeque duplex sit ignorantia. Sed de
his satis et iam redeat unde digressa paululu
oratio est: Eodem igitur tempore et Chio insu-
le in egei maris terminis sita terremoto con-
cussa: pars minima quedam seruata est: cete-
ra solo prostrata: uariis namque et fidem fere ex-
cedentibus affecta est malis: mare siquidem in-
imensum euectum: proxima littori edificia
mersit: prostrauitque cum hominibus ipsis et re-
bus: Tum magnitudo ebullientium fluctuum
hisque in altum euectis: ubi redire in se non pote-
rant uortices: uniuersa protinus diruendo ster-
nebat: cuies uero et incolae omnes siue in tem-
pla hi confugissent: siue domi manerent: siue

alibi in unum coissent : seruatis paucis interiire :
 Mihi nanq; ex Alexandria Byzantium tunc tē-
 poris nauiganti : in eam insulam forte delat o# :
 est nanq; in eo transmisse sita : miserum id spec-
 taculum fuit : atq; adeo ut uerbis explicari ha-
 ud sat possit : Nam ciuitas omnis in tertæ cu-
 mulum et sane immensum redacta iam erat :
 Lapides dispersi passim iacebant : itemq; et co-
 lumnæ diffractæ : tigna; præcisa : et pulueri vi-
 tanta et superne deferebatur : ut aerem sic ob-
 scuraret : ut ne uel publica loca et viæ inter-
 nosci facile possent : domus tamen perpaucæ
 integræ stabant : non calce et lapide uel eius-
 modi firmiori materia structæ : sed puro cru-
 doq; et argillaceo latere fabricatæ : ferrari ho-
 mines comparebant : et hi merorem præ se fere-
 tes et summissis in terram capitib; ut qui de-
 uita iam desperassent : et quod ad cætera ma-
 la accesserat : dulces et potabiles aquæ sua &
 puriore natura priuatæ : saliores iam reddi-
 tæ erant & impotabiles : cætera uero ita solo
 prostrata : ut ciuitati ad ornamentum nil re-
 liquum esset : præter inclitum illud asclepia-
 dum nomen : et qd de ippocrate incolæ glori-
 ant; : ista igitur commiserari non alienum ab

humana natura uidetur: mirari uero atq; a deo
perterriti hominum foret uetera haud satis cal-
lentium: et qui nec plane intelligant loca ista
inferiora suapte natura uaria in se mala conti-
nenter suscipere: quandoquidem et sepe alias
quondam sic terremotv ciuitates delet: e peni-
tus sint: ut ueteribus colonis ammissis: per ali-
os fuerint habitatores deniq; restitue. Trallis
ciuitas olim in Asia: que chora nunc dicitur:
iuxta flumen Meandrum sita paphlagonum
quondam colonia fuit: hec Augusti cæsaris #
tempore terremotv quassata euersaq; funditus
est: ita ut ei nil integrum relinqueretur: hoc mo-
do calamitosius ciuitate iacente hominem que-
piam ferunt: ex his qui suo labore terram exco-
lunt: Cheremon illi erat nomen: magnum in mo-
dum eius ex casu merore affectum: cum non-
diutius illius ruinam tulisset: rem sane miram
et incredibilem peregrisse: quandoquidem nec
longitudine vie: nec rei magnitudine quam
esset a principe peturus: nec periculis subeun-
dis abterritus: presertim cum esset pro incerta
fortuna domestica relicturus: a ceptis hic de-
stitit: uel aliud queq; ut homines solent ani-
mo agitabat: quo sententiam immutaret: cu-

illi non Romam eundem tunc esset: sed Canta-
 briorum circa mare oceanum petenda loca: eo
 namq; Augustus contenderat gentes alias debel-
 laturus: ut illi que iam contigissent: renuncia-
 ret: unde imperatoris animum dicunt ita per-
 suadendo cepisse: ut proutinus septem delectis
 ex urbe consularibus et primoribus viris: ius-
 sisq; cum magna vi hominum in colomiam ire
 terremoty excussam: tradita his ingenti pecunia
 urbem iterato extruxerit: ita ut vel ad id tem-
 poris ex edificat.e forma seruetur: nunc itaq;
 eius urbis ciues haudquaquam pelasgi: ut olim:
 de cetero sunt: sed Romani potius nuncupandi:
 tamen si uocis sonus in grecum sit et hunc at-
 ticum uersus: qui enim aliter fieri id poterat
 cum finitimi ionum sint: h.ec autem ita se ha-
 buisse argumento sunt ciuitatis annales: nec
 secus et titulus quem ipse equidem cum eo for-
 te me contulisset: perlegi: et in agello quoda
 urbi propinquo: unde oriundus erat chere-
 mon: Sidirus est loco nomen: Ara erat et ue-
 rustissima collocata: in qua olim uti apparet
 cheremonis statua insidebat: nunc tamen in ea
 nil prorsus uidetur impositum: erat preterea
 elegion ar.e adhuc his uerbis insculptum frac-

ta terremotu iam patria cantabriam chere-
mon-
mox aduolauit: patriam liberaturus: Caesaris =
aduolutus pedibus gloriosam excitauit Tralli-
olum sic uocitatum: pro quibus hanc illi statu-
am fecere propinqui ut aere merito astructam
hanc referat gratiam Trallorum res hoc pacto
habuisse se creditur: haud secus et alias in asia
ciuitates ut ionicas: ita et eolidas per id tem-
poris q̄ multa fuisse ex terrae concussionem per-
pessas sat constat: sed ea mihi nunc ommitten-
da: et prosequenda quae dicere ceperamus ad
persarumq; praelia cum romanis in Lazico agro
eodem hoc tempore gesta pertranseundum: na
inter Romanos et persas iam pridem maxima
sunt bella inita: ita ut crebris incursionibus
alternis agros popularentur et deuastarent:
nunc repentinos machinando insultus: nunc
copioso exercitu in aciem apertius prodeundo
ita ut et si paulo ante fecisse inducias uide-
rentur: haud tamen omnino pacifici erant: ne-
q; ubiq; bella cessabant: nisi orientem uersus
et circa Armeniae fines: ubi utrisq; sancita pax
erat et firmiter: circa cholchos uero praelia gere-
bantur: lazi quondam cholchi dicebantur: &
hos illos esse perspicuum est: deq; his ambigit

nemo qui fasilidem fluumium et Caucasum monte
 aduertat: et accolae effuse his circumiectos: ferunt
 autem cholchios egyptiorum fuisse coloniam: Si
 quidem longe prius q̄ Iasonis et heroum eo na
 uigacio fieret: et anteq̄ Assurum potrentur imperio:
 anteq̄ Nini et Semiramidis tempora: Sestrosire
 quempiam tradunt egyptiorum regem: ingen
 ti suorum coacto exercitu: vniuersam Asiam
 peruagatum: ubi eam euertit: ad id loci uenisse:
 eodemq̄ reliquisse agminum partem: unde chol
 chiorum id genus deriuat: Id ipsum Diodorus Si
 culus asserit: et alii multi qui res gestas ueterum
 conscripserunt: hi igitur siue Iazy: siue cholchii
 siue Egypti in aliena locati: nostra etate bellis
 undiq̄ diuexantur: et multa ipsi iniere certami
 na: eorumq̄ de causa oppida nonnulla solo eq̄
 ta sunt: Chostroi namq̄ persarum regi oportuno
 ribus quibusdam ea e regione cholchiorum locis
 preoccupatis: haudquaq̄ est uisum semel armis
 parata relinquere: sed potius cholchus quae reli
 qua essent surripere: animo inerat: Iustinianus
 autem romanorum: tunc imperator: Gubazem
 lazorum regem gentemq̄ omnem ut sibi ho
 dientem atq̄ beniuolam: ita et de deo secum ea
 dem sentientem: ut uolenti cuiq̄ diripiendam

iam proderet : nec ferendum quidem : nec æquum fore censebat : sed longemagis enitebatur : uniuersis ut intibus hostes inde propelleret : ac illud animo agitabat : atq; adeo uerebatur : ne si bello forte uincerent perse : regionemq; omnem suæ facerent ditionis : nihil his foret impedimento quominus in euinum pontum intrepide nauigent : interioraq; omnia imperii romani percurrant : unde ingentes et bellicosissimas copias circa cholchos constituit : hisq; et duces prefecit q̄optimos : Bellas nimirum Martinusq; et Buzes eas ductabant : uiri ut summi : ita & bello exercitatissimi : cum his et Iustinum germanicum iuuenem admodum misit : sed rei bellicæ non imperitum . Nunc uero quæ Mermeroes persarum prefectus antehac gesserit : cum de his ad id usq; loci Procopius rhetor satis perscripserit : pretereunda uidentur : Sed cum presentis historiæ hinc mihi incium sum desumpturus : decentius erunt quæ subsequuntur his coaptanda . Muchirisim itaq; prefectus persarum Mermeroes : et Cotaisim oppida petiit : ea mente ut locorum difficultate mutata : se infra falsidem amnem reciperet : ut re subita & romanis perterrefactis : temptaret siqua pos-

set castella in potestatem redigere: quod tamen:
 cum palam incederet: et in hostem ueniret: fieri
 non poterat. Martinus namq; prefectus cum
 suo exercitu ad Telesim stationem habebat: est
 autem Telesis oppidum ualidum quidem et mu-
 nitissimum: ibiq; saltus diligentissime asseruabat:
 Erat preterea locus ille aditu difficilis: et qui e p-
 ximo peti non posset: Nam et prerupte illi sunt
 rupes: et saxa undequaq; precisa inuicemq; in se
 ipsa uergentia: ita ut angustissimam subiectam
 semitam redderent: aliundeq; oppidum nisi hac
 adiri non poterat: Nam et circumiecti campi pa-
 lustris nimium sunt et limosi: ex altera parte
 densiores sunt siluæ arbustaq; extant: ita ut
 uel expedito nulli hac pateat iter: nedum arma-
 tis agminibus: Romani uero cum laboris nil
 intermitterent: sicubi forte locum immunitum
 et peruium inuenissent: stipitibus et saxis re-
 farciebant: et enixe huic operi insudabant. In-
 terea Mermeroes meditabundus et dubius hi-
 sce in rebus quid opus facto nã esset: cum diu
 secum uersaret: subiit animum cogitatio qd si
 utcunq; romanorum presidium solueret: et sen-
 sim propelleret: non omnino esse non se perfec-
 turum: quæ ad demoliendum clausum iter

parasset. Nam hostibus saltus continentissime insi-
dentibus fieri non posse existimabat ut hos supera-
ret et illos peruinceret: sed si forte abscesserint id
solum relinqui ut locorum iniquitatibus me-
deretur: et difficilem iterum aditus ut peruios
redderet: quod utiq; non impossibile factu fore
rebat: sperabat namq; nauante multitudine
operam et precisa materia repurgatisq; saltibus
et excussis sublatiq; demum obicibus non dif-
ficulter se transiturum: verum ut iam perficeret
que animo agitarat: hanc excogitauit fallacia
gram et insanabili morbo se teneri dissimulauit:
cuius ut imprensus mox lecto decubuit: et perin-
de grauer ferens hunc casum flebiliter que-
rebatur: huius rei fama totum peruasit exerci-
tum prefectum grauer egrotare: atq; adeo ut
in proximo illi sit moriendum: Id tamen ut in-
re erat: haudquaquam his creditum est: qui questui
haberent suorum prodicionem: et hostibus oc-
culte omnia aperirent: que gererentur. Sed pre-
fectus quid sibi uellet pertinacissime occulte-
bat: atq; adeo: ut ne ad amicissimos quosq; illud
peruenerit: Nam qui romanis id rei significare:
edita et sola in uulgi fama facile fallerentur:
et romani ipsi facilius his fidem prestabant:

Neq; adco nuntius mouebantur q̄ quia sic fore
 peruellent: unde remissa fortiore illa et diligenti
 cura: segnius custodias faciebant. Paucis post #
 diebus Mermetoem obuisse mortem his nuntiat.
 Nam interea in domicilio quodam sic delituerat
 ut uel apud familiarissimos qui rei dissimula
 te essent nul consen: mortis sue opinio uicerit.
 T um demum romanis superuaneum fore est ui
 sum ad saltus tutandos multum de cetero ui
 gilare: uel labores suscipere: unde relicis quos
 iam obstruxerant locis: et simul in his insuda
 tis operibus: omnem solertiam in segnicem co
 mutarunt: quandoquidem noctibus somnos
 equando: locisq; immorando amenioribus nec
 exploratores premitterent: nec que in rem esset
 exequerentur: nimirum quia persas existima
 rent: ut antehac rei bellicae imperitos in se ni
 q̄ ituros: sed ab se procul potius abituros. his
 omnibus Mermetoes cognitis: rem aliquandiv
 dissimulatam preter spem omnium patefacit:
 ac persis uisendum se talem prebet: qualis an
 tehac fuerat. Confestimq; copis omnibus qua
 ta potuit celeritate motis: itinerum difficulta
 tibus: ut antea cogitarat: per q̄ bene dispositis:
 oppido appropinquauit: et iam proxim erat.

romanis: pro rei miraculo animo consternatis: ni-
mirum cum de improviso oppressi tutari se mini-
me possent. Tunc igitur Martinus deserere prius
locum decreuit: q̄ ad se Mermeroes penitus per-
uasisset: et ingenti malo quos deprehendisset ro-
manos afficeret: quo enim hi pacto cum perpau-
ci essent tantam hostium multitudinem sustinu-
issent: et non statim obruti potius deperissent:
hac itaq; arte deuicti a barbaris: turpiter disces-
sione facta: romani ad suos se receperunt: q̄ cum
Bella et Iustino tunc essent: haud longe a Tele-
se positus in campo castris: nam inde septem sta-
dius aberant: quo in loco preter uenales ollas
nihil operis exercetur: e quibus et loco est indi-
tum nomen: nam ollaria dicunt Latini: Nos chi-
tropolia: Sed cum ad exercitus q̄ multi fuga pre-
repta Martinum iam preuenissent: denunti-
assentq; hostium celerem et futurum aduentum:
seque in tuto iam recepissent: prefecti omnes com-
muni consilio decreuerunt: hostes expectando
ibidem esse: instruendasq; acies: et his strenue
obstendum: si progredi pergant: Erat inter
duces exercitus vir sane clarissimus Theodo-
rus: qui zannus genere: sed apud Romanos nu-
tritus: barbaricos mores quos e patria ceperat

iam plane depositos: dexteritate quadam orna-
 uerat: Is igitur suo cum agmine (non enim mi-
 nori numero q̄ hominum quingentorum et sue
 gentis hunc milites sequebantur) circa Telefm
 stationem habebat: per Martinum iam iussus
 ne prius inde abscederet: q̄ hostes uidisset iam ir-
 rupisse: et quoad fieri posset: numerum imaginā-
 do complecteretur: ac demum cognosceret: qd
 nam his uirium quidue animi esset: Tum ille
 ut ad omnia audax et industrius erat: iussa
 exequabatur: et hostium copias infra presidii
 adesse iam conspicatus: satis gnarus: non cote-
 nus staturum hostem: sed bellandi percupidum
 fore: confestim loco abcessit: in ipso itinere cū
 romanos non paucos deprehendisset: non rec-
 ta ad chitropolia contendentes: uti erat iniunc-
 tum: sed in Lazorum domicilia impetu facto
 ordeum et alia id genus diripientes: ut eos ab-
 duceret natebatur: et istorum temeritati obui-
 am iret: qui plane nescirent: quibus nam in ma-
 lis tunc essent: itaq; qui gulæ erant non ad-
 modum dediti: nec omnino deperditi homines:
 ubi potiora moniti didicissent Theodorum mox
 sequebantur: et sensim se referebant: Interea per-
 se deimprouiso superueniunt: et romanorum

nonnullos militum ex insperato obruncant: ce-
teri cursu citato in fugam uersi abibant: derepen-
teq; in suorum castra cum trepidatione et euila-
tu irrumpunt: atq; adeo ut omnes re subita-
pauefacti: et prae formidine tumultuati preter
modum sic trepidi consurrexerint: ut uno
agmine castris excederent. Tunc praefecti (non
dum enim instruxerant copias) ueriti ne sibi
et imparatis insisterent barbari: spreta priori
sententia: non enim in re trepida quid acturi
iam essent offerebatur: quandoquidem de pre-
sentibus consultare: nec tempus ipsum permit-
teret: praesertim omnibus animo consternatis: &
motis confestim e campo castris: coactisque in
unum iam copias: instrenue in compositiq; ac
pro arbitrio ferebantur: et a continenti cursu
non prius hi destitire: q̄ ad insulam peruenis-
sent. Adest autem haec a tilese insula quinque
summum praefanges: nam tantum viae perstre-
nui illi una die emensi sunt: et fuga cellerria:
Praefanges autem (ut Herodoto et Xenofonti ui-
detur) triginta stadia sunt: iuxta iudeos ue-
ro et persas uno et uiginti stadiis terminatur:
et ipsum id sentiunt Lazi: et iure ut arbitror:
Nam et apud hos baiuli ubi singulos praefanges

pertransiere: et onera quae gestant deponunt et
 ipsi parumper quiescunt: alius in ferendo uicis-
 sim onere succedentibus: idque quotiens facit
 eodem spatio itinera metiuntur: et interrumpunt
 utcumque: tamen praesens angelus dicitur stadiis
 centum et quinquaginta disiungitur haec ab
 oppido insula. Est autem huius insulae locus
 placide munitus et peruius: amniumque aquis
 fluentibus circumactus: siquidem fasis et do-
 conus flumina e caucaso monte disiunctim
 fluentia: et a principio magno distantia in
 teruallo: locorum cogente sit: sensim proxima
 fiunt: adeo ut ab inuicem non longe ferantur:
 in ea intercapedine molientibus fossam roma-
 nis: et fasis aquis in doconi alueum demum
 transmissis: ex ea insulae parte quae in oriente
 uergit: amnes utriusque in unum conuolunt et locum
 cingunt: proinde rursus cum uario diuersoque
 cursu se insinuando inflectunt: haud sane
 parua terrarum spatia complectuntur: descen-
 dendo uero ad occidentem solem: et prolaben-
 do sponte conueniunt et commiscentur: ita ut
 omne quod ab his intercipitur insula fiat: hic
 igitur coeuntes romani immorabantur. Mer-
 curoes uero ubi ad ollaria tandem peruenit:

absentium hostium cum obiectis etiam contumeli-
is irrita diu ignauia. statuit non ultra sibi pro-
grediendum nec inuadendam insulam esse qua
doquidem in hostili. nec tantis exercitibus sum-
ministrare necessaria posset. nec alias obsidione
parare. unde retro ad Telefim. et eas locorum
iniquitates redeundum haudquaquam censebat.
Itaque paruis nauigijs ad id ipsum paratis. cra-
tibus pluteisq; superimpositis. falidis ripas co-
sternit. iungitq; et ponte perinde facto intrep-
ide et nemine obsistente. exercitum transiit. et
persas quidem quos in onogori locauerat oppi-
do. quod ipse in loco archepoli circumuecto. ad-
uersus romanos ut propugnaculum struxerat
magno ut animo essent hortatur. et aliud hu-
ic presidium addit. omnibusq; ibi quoad fieri
potuit. communitis. retro se ad cotaisim et My-
chrisim castella recepit. tum derepente morbo
correptus grauissimo. maiori exercitus parte
et ualidissima. suis ibi rebus relicta. presidio
se in hiberiam transtulit. ad urbemq; Mischita.
id urbi nomen. uix tandem delatus. cum vim
morbi pati non posset. in uero tunc demum Me-
merocs obiit. mortem. uir sane apud persas. ut
prestantissimus. ita et honoris apud suos plu-

ritum consecutus: ualebat namq; maximum in
 modum consilio: rei;q; bellicæ peritissimus erat:
 et animi prestabat ut magnitudine: Nimirum
 etsi ætate et ætatis iam esset: et iam pridem duo
 bus pedibus captus: nec uehi equo iam posset
 in laboribus tamen haud secus ac robustissim⁹
 iuuenis uersabatur: neq; hos quidem refugiebat
 sed impetu facto prodibat in aciem: ita ut ho-
 stes turbaret: suosq; ut fortiter facerent admo-
 neret: hortando iubendoq;: quæ in rem essent q̄
 optime disponebat: referebatq; laudis plurimū
 hostes uincendo: unde perspicui potest: non ma-
 gis corporis robore q̄ consilio et prudentia bel-
 la geri. Tunc demum Mermerois demortuum
 corpus qui circa se erant elatum et extra urbem
 destinato in loco depositum: solum nudumq; re-
 liquerunt: cambus simul et auibus uel eius-
 modi cæteris obscenis et sarcouoris animanti-
 bus laniandum et absumentum. Hunc ex le-
 ge seruant persæ sepulture ritum: nudata ut
 carnibus ossa per campos dispersa iaceant ue-
 lint: apud hos namq; in arcam urnamue mor-
 tuos condere: uel terra obruere haudquaq; fas
 est. Cadauer uero ad quod non statim dilacera-
 dum aduolent aues: aut canes accedant: ho-

minus fuisse affirmant qui inquinatis morib⁹
fuerit iniquiorisq; animi et dignus plane qui
in barathrum detrudatur in prauisq; demonis
ditionem ut ueniat et propinqui mortuum
tunc maxime deflent ut cui nil putent spei
reliquum esse nec parte melioris participes fo-
re qd si q̄celerime mortuus deuoretur bea-
tum et felicem dicunt huiusq; animam et de-
mirantur q̄ maxime et deo similem faciunt
et dignam omnino que in campos elios de-
feratur accedit etiam q; si obscuriores qdam
et infimæ sortis dum interea rem militarem
exercent grauisimo morbo acius urgeantur
ut uel spirantes adhuc et sobrios efferant et
quodam depositis loco panis frustum et a-
quam baculumq; iuxta apponant ut q̄ diu-
cibum poterunt degustare et uirium aliquid
his relinquatur eo se baculo a beluis tueant
et conuiuas hoc abigant ad se uenientes sin-
uero uel spirantes adhuc vis morbi peruce-
rit atq; adeo ut manus mouere nil queant
tum miseros illos et semimortuos incipientesq;
animam exhalare aues canesq; deuorant et
vitæ spem demunt. Si qua tunc forte fuisset
qui uero ea ex egritudine conualescunt et

se domum receperint: haud secus uisi alii sunt
 ut in tragicis sit tabernaculis: ac tenebraz
 e foribus produissent: et profus extenuati: oris
 q; colore alienato: obuis timorem incuteret:
 unde uniuersi hos auersantur: et perinde omni
 um sceleratissimos confestim defugiunt: et tan
 q̄ apud inferos adhuc forte agentes declinant:
 nec pristinis et consuetis ad uitam munerib⁹
 frui prius hos sinunt q̄ per magos admissa in
 se inquinatio expurgetur: quam perinde ex
 mortis expectatione contraxerant: et quasi
 ut uiuere possint potestatem recipiant. Liq̄t
 sane humanas et singulas nationes eas leges
 sanctiores ceteris ducere et potiores: quibus
 diu insueuerunt: atq; adeo ut siquid preter
 illatum instituta geratur: fugiendum his es
 se et plane ridiculum uideatur: et eiusmodi
 demum: ut profus nil fidei faciat: Adinuen
 tæ sunt tamen mortalibus diuersæ: quidem
 pro legibus suis tutandis rationes et causæ:
 partim forsitan ueriores: partim quæ ad per
 suadendum sat ualeant comparatæ: Vnde
 nec mirum arbitroy fore: si perse suosq; morz
 et uitæ consuetudinis redditis rationibus su
 os admittantur arguere prestare ceteris ritus

Et sane admiratione ingenti afficior: uetustis-
simos eius terræ habitatores. siue Assiri: siue
Chaldei: siue Mech hi fuerint: non eadem cum
perlis istis sensisse: siquidem circa Ninuem vr-
bem babilon. eq; terras: et Mediam: tumuli
extant: arc. eq; adhuc permanent obfirmat. e.
quibus prisca illi et mortui reconduntur: ita
ut non alienos sed nostros uideantur ritus
seruare: quod siue cadauera siue cineres græ-
corum more exustos illa contineant: haud ta-
men cum his aliquid habent quæ per se hi fac-
titant similitudinis: nec solum in sepulturis
et mortuis: sed ne in nuptiarum quidem et re-
bus ueneris flagitiosissimis ritibus: pro qb⁹
presentes et huius temporis per se sceleratius
ac deperdit. e luxuriantur: qui non solum cū
sororibus ipsis et consobrinis: impudenter
congregiuntur: sed cum filiab⁹ uel genitores
(proh scelus) miscentur: et quod omnium est
impissimum (o natura o leges) cum matri-
bus filii: perlis autem fuisse nuper idem scele-
ris adinuentum: ex eo quod narraturi mox
sumus nosse quis poterit. Ferunt quondam
magnam Semiramidem illam et Assyriam
fuisse eo temeritatis cunctam: ut cum Ninio

filio habere congressum uoluerit: iuuenemque
 perterritasse: huncque reuientem concubituum: reque
 permoleste ferentem: pergentem ad facinus ma-
 trem protinus occidisse: patrareque id maluisse
 quam scelus committere. Non enim si id lege per-
 mitebatur. Nimum duxerim ad id crudelitatis
 uenisse: Sed quid est opus nimum uetusta re-
 perere. Paulo antequam macedones tantas res ge-
 rerent: et perse destruerentur. Artaxersem Da-
 rii ferunt Parysatidem matrem: cum eodem
 malo afficeretur: quo et Semiramis: et secum
 rem habere perciperet: haudquaquam necasse: sed
 eiecisse iracundius et propulsasse: quia nec
 proprium id esset: nec patrium: nec in uita hominum
 consuetum: sed huius temporis perse priscos
 mores omnes fere omisere: et perinde iam eu-
 terunt: alienisque legibus tanquam adulterinis u-
 tuntur: ex Zoroasteri desumptis Ormasdei di-
 sciplinis: Is autem Zoroaster siue Ziradef: na-
 duplici uocitatur cognomine: quo tempore in
 principatu floruerit: et tulerit leges: satis cla-
 re internosci non potest. Perse namque nostrae
 huius aetatis: hidaspici temporibus: simpliciter
 tamen hunc fuisse affirmant: ita ut in ambi-
 guo sit: nec plane satis dignosci queat: utrum

Dari patet: an alius quispiam il fuerit Idaspes:
sed quous ille floruerit tempore: magister ta-
men et perlis fuit: et magici sceleris adiuuentor:
qui prisco factorum ritu mutato: promiscuas
quasdam et uarias opiniones induxit: Siqui-
dem uetustiores illi Iouem Saturnum et huius
modi ceteros apud grecos quondam percele-
bres: ut deos uenerabantur: cum alioquin co-
gnomenta minus seruarent: Nam Iouem Be-
lum dicebant: Herculem Sandem Anaitida ve-
nerem: et alios item aliter uocitabant: quem
admodum Berossus babilonius et Athenocle-
Simmachus: qui Assyriorum Medorumque res
antiquissimas conscripserunt: historie pdit:
Nunc uero maiorem in partem cum manicheis
perse conueniunt: et in eo precipue q. duo
illi et prima inducunt principia: alterum
quidem ut bonum: ita et optima queq. par-
tariens: alterum quod penitus utrisq. his ad-
uersetur: nomina uero istis imponunt et bar-
bara: et pro eorum lingua composita: bonum
nanq. siue deum: sicut et creatorem: Hornusdati
dicunt: Arimanes pernicioso ac pessimo de-
monia est apud hos nomen: festum autem om-
nium apud se celeberrimum: quod uiciorum

uocant interitum peragunt: In quo et Serpentium
 pleraque et quorumuis animantium que fera et
 solitaria sunt interficiunt et magicis offerunt:
 perinde insigne aliquod pietatis et argumen-
 tum: hac uia se arbitrantur ei quod bonum di-
 cunt: gratam operam insudasse molestiam uero
 et perniciem. Arumani illi infetre: uenerantur
 autem quae maxime aquam atque adeo ut ne hac quae-
 dem faciem abluant: nec eam quoque pacto at-
 tingant: siue potandi gratia: siue arbores irri-
 gandi: siue ut alias eumque: quin etiam deos
 alios plerosque hi nuncupant: et graeco ritu pro-
 pitiantur: utuntur praeterea sacrificiis purga-
 tionibus oraculisque: et his quidem graecorum
 more: porro ignis his pretiosus uidetur: et
 plane sanctissimus: unde in ediculis quibusdam
 ut sacris semotisque ignem hunc magi peren-
 nem seruant: eundemque dum intenti custodi-
 unt: archana peragunt sacra: et de futuris
 interrogant: Haec autem instituta siue a chal-
 deis siue a quouis hominum genere ceperit:
 non enim multis haec congruunt: ita tamen
 hi sentiunt: et pertinaciter hanc tenent opinio-
 nem e plurimis nationibus haustam: quo fit
 ut quae varie composita sit: et sane id mihi no-

ab re factum uidetur: nondum enim aliam rem
publicam uidi in species uarias formasq; mutatā
quae diu consisteret: sed quoniam multarum gen
tium dominatum hi admiserunt: ideo et uaria
specie legum cognitionem nunc seruant. Primo
omnium Syrios ferunt uniuersam aliam occu
passe: praeter indos qui supra Gangem siti sunt
fluum. Nam Ninus uidetur tunc primum
hic imperium obfirmasse: post hunc Semiramis
illa et huius deinceps posteritas omnis aduſq;
Belum decortati cognomento: in quo Semiramis
dis et regnum habuit finem et gen^o. Belitaras
deinde quidam sic uocitatus plantarum quo
dam inſertor et regionum hortorum magister
marum sibi in modum imperium uendicauit
ad suosq; bene plantatum transmisiſit: quem ad
modum Bion et Alexander scripſere: ita ut
aduſq; Sardanapalum: cur quidam affirmant
ſucceſſio iſta peruenerit: ſub quo hebeſcente iā
principaty Arbaces medus et Beleſis habillo
ni^o ab aſſyris rege deperdito ſublatum ad Me
dos tranſtulerunt imperium: cum antea mille
ſexq; et trecenti aut paulo pluſculum pertran
ſiſſent: eo ex tempore quo Nin^o tum primum
eaſ res reuinit. Sic enim cāſiaſ enidiuſ cui et

Diodorus siculus assenatur de his temporib' scrip-
sit. Medo deinde sic rursus hoc potius imperio fuit:
ut omnia pro eorum legibus statuerentur: deinde
per annos trecentos his in principatu agentib'
Cyrus cambisi Astiage deuicto ad persas tra-
duxit imperium: qui enim non id erat factur'
cum persa il' esset: et persae insuetus pro gestoq;
cum Astiage bello oderit Medos: ubi uero et per-
sici reges per annos ducentos additis octo et vi-
ginti regnassent: uel istorum deniq; regnum de-
fluxit: peregrino exercitu: et rege alienigena
dissolutum. Siquidem Alexander philippi Da-
rio arsani iam interfecto: uniuersa perside in
potestatem redacta ad macedonicos mores res
transiit: nam adeo rebus q; maximis gestis
hic ualuit: ut uel eius post mortem macedones
uiri alienam et peregrinam diu tenuerint: et
ad multum prouecti uirium sint: et sane credi-
derim vi quadam precepte apud homines de
Alexandro opinionis: uel ad id temporis fuis-
se hos regnatos: nisi inter se inuicem disside-
do: atq; ut in se ipsos: ita et in romanos exerci-
tus comparando: plura habendi ducti cupidi-
tate: suas ipsimet uires soluissent: quo factum
est: ut non decereto capi non posse sint finitimi

uisi: tametsi non minori bi tempore: uel summv
annus septem minusq̄ Medi regnauerint: vñ
de his tandiu pontis imperio: parthorum genf
alterius ditonis iamdiu facta: nec olim ad
modum celebris: macedonas regno priuauit:
ipsaq; asiae totius preter egyptum suscepit im
perium. Arsace tumprimū defectiois auto
re: unde ei uel posteri arfacides dicti: et Mi
thridate haud longe post ad ingentem gloria
nomen parthicum prouehente: Inter Arfacem &
Artabanum regem anni ducenti intercessere
Eodem autem tempore quo res grecorū p̄ Ale
xandrum Mammicam adolescentem mini
strabantur: et chosrois apud nos cepit genf
regnare: ex quo profecto instituta et mores
qui apud persas ad id temporis obseruantur:
ortum et perinde prima stabilimenta exere
Siquidem Artaxares quidam vir persa in glo
rius imprimis et obscurissimus alias tamen
factis sat potens et sane industrius: peridone
usq; posse constituta mouere: et obuiare pa
cata: coniuratorum manu mox facta Art
abanum regem obtineat: et tyata regio in
signi sibi imposta: parthorumq; iribus debi
litatis: demū persis pristinum regnum resti

tuit: erat Is sane ex magica arte factorum peritus
 de seq archana confecit: unde et magoy gens om
 nis ex eo ualidior facta et insolens: iampride
 id nominis seruat haud dum tamen ad id ho
 noris fastigium in quo nunc sunt: uenerant: #
 neq; eo licentia prouehantur: Sed plerunq;
 principibus contemptui erant: qd unq; ex eo
 apertius liquet: non enim perse qui circa Da
 rium erant: Smerde quodam et mago post
 Cambysen cyri imperium subtrahente: id #
 factum calamitatis loco duxissent Smerdeq;
 obruncassent et alios tanti facinoris consci
 os: quia haudquaq; fas esse existimassent: ma
 gos homines regia insidentes selle ornari: #
 vnde his obruncatis: tantopere eam cedem
 nullius momenti fecere: atq; adeo nec scelus
 ex ea se admisisse rebantur: sed dignum poti
 memoratv patrasse se facinus: ut eius seditio
 nis ob gratiam in patrat: eq; cedis memoria:
 festos quosdam et celebres statuerint dies: quos
 magofonios nuncuparunt: et sacrificia fece
 rint: ob uictoriam diis: nunc uero magos hv
 ius temporis perse et honorant q; maxime et
 uenerant: vt quorum consilio publica omnia
 et predictionibus administrantur: seorsumq;

quid quisq; premi pro re bene gesta promereat:
quidue supplicii qui flagitium fecerit: presiden-
do et cognoscendo decernunt: nec sane persis uel
legitimum aliquid fore uel æquum uidebitur:
quod magorum non sit sententia confirmatū
Fecerunt quondam Artaxaris matrem paucco cu-
idam nupsisse infimæ sortis uiro: et coriaria
exercenti: qui tamen siderum decursus calle-
ret: et scientissim' esset perq; facile posse futura
prospicere: apud hunc semel Sannium quempi-
am et militarem: per candeoseorum agrum ite-
habentem: in tugurium diuertisse: tunc et Pau-
cum perinde uatem: utcunq; hospitis semen et
maximum fore et celeberrimum preuidentem:
et euasurum quandoq; ad summam felicitatem:
affectum primo merore fuisse ac flebilitey que-
stum: quod sibi nec filia esset nec soror: nec femi-
neum deniq; aliqd quod se propinquitare con-
tingeret: ut cum sanno illo et hospite necessiti-
dine iungeretur: Sic demum illi et noctu vxore
apposita thoro cessisse sprete perstrenue uerecun-
dia: et breui cum nota futura et optima comu-
tata fortuna: quo ex nocturno congressu Arta-
xarem natum: sub Paucoq; educatum: ad iu-
uenilesq; annos prouectum fortissime sibi im-

peruum comparasse: unde inter Sannum Paueciq;
 ortam fuisse contentionem dum eorum quisque
 iam uellet puerum ex se filium dici et uix tan-
 dem in id conuenisse: ut puer Paueci filius dice-
 retur: sed alioquin ex Sanni semine ort^o hęc pacto
 dum Artaxaris genealogiam repetunt Perse ue-
 ra fuisse quę de eo traduntur affirmant: ut in
 regum suorum annalib^o litteris prodita. Nos ue-
 ro posteriorum omnium nomina qui post hunc
 in imperio successerunt: paulopost explicabim^o.
 nec secus et q̄dā eorum quisq; regnauerit qđ
 tamen ad id temporis est ab his intermissum qđ
 annales conscripserant nec magni fecerunt: ista
 perquirere: Nam qui de imperatoribus romanis
 scripsere: a Romulo siue cum altius repetunt:
 ab & uea. Auehise filio incium sumunt: et ad
 Anastasium usq; Iustinumq; senioreni illos re-
 censent: Perlarum uero reges hos ipsos dico qui
 post deletos parthos regnarunt: haud aequę an-
 tis sua serie explicatis peruestigando enume-
 rarunt scriptores: cum fieri sic decuisset: mihi
 tamen de regibus istis et persicis ipsorum ex
 scriptis certiora omnia et uera collecta accu-
 rati^o sunt: et reor equidem presenti historie
 plurimum conuenire: istorum omnium memi-

nisse: itaq; cum opus fore existinauerim hæc
suo loco commemorabo: tamen si istorum nomi-
na uaria sint: & ea quidem barbarica recen-
senda: et quorundam pleraq; qui memoratv
dignum nil gesserint. Sed illud in presentia
ut res aperti pateant: et plurimum conferant:
sum dicturus: trecentorum et unde uiginti
annorum ad annum hunc usq; quintum et
uigesimum chostois imperii finem adesse quo
et bella in agro cholchico gerebantur: et Mer-
meroes est suo fato defunctus? Iustimiani roma-
norum imperatoris annis octo et uiginti: nunc
autem ubi de chostox per pauca explicarim
confestim ad ea me referam: quæ narrare iam
cepi. Non enim hunc persæ solum ultra q;
deceat laudibus ferunt et demirantur: sed ro-
manorum pleriq;: ut eloquentiæ studiosum
et qui ad nostræ philosophiæ summam perue-
rit notionem: et greca opera in persicam lin-
guam nonnulla transtulerit: addunt tam-
et Stagiretem: idest vini amphoram longe me-
lius prepotasse q; rhetor præmicus olori per-
scripserit fabulam: quinetiam platonis
imbutum dogmatibus tradunt: atq; adeo
ut ne Timeus hunc quidem pretereant: tam

et si lineari speculatione diuaretur: et nature ri-
 metur motus: nec Phedron ipse neq; Gorgias uel
 dialogorum auctor alius quisq; ut Parmenides
 et ceteri item quibus uaria sententiarum pro-
 funditate sunt multa conscripta: ipse uero +
 non egregie adeo hunc eruditum fuisse existi-
 mauerim ut summam disciplinarum teneret:
 Qui enim fieri id poterat: ueram illam et liberam:
 ut ueterum nominum pronuntiationem: ita &
 rebus ipsis maxime congruentem: lingua que
 dam ut agrestis et ruidior: et a multis penitus
 aliena serualet: quo inq; pacto: vir regio fa-
 stu et immodicis adulationibus ab ineunte eta-
 te illectus: ac uiuendi consuetudinem nactus:
 supra modum barbaricam: et qui bella semper
 et acies animo agitarit: exerceri in his poterat
 disciplinis: ex hisq; sibi fructus aliquid uen-
 dicare: Quod si quis iccirco hunc laudet: qa-
 cum rex esset et persa: tantarumq; gentium +
 et maximarum rerum curam haberet: utcumq;
 tamen degustate artes litterarias uoluisset: ex
 hisq; ut gloriam ita et animi capere uolupta-
 tem profecto et ipse hunc laudarem: perinde
 pre ceteris barbaris admirandum: sed qui ni-
 mum hunc sapientem appellant et quasi phi-

losophos ceteros presitisset: omnium artium di-
sciplinarumq; causas nosse affirmant: et quale
fortasse peripatetici maxime eruditum presini-
unt: deprehendetur: Is haud dubie nil prorsus
ea quae uera sunt perudisse: sed uulgi dumta-
xat famam sectari. Vir quidam genere Sirus:
Vranus uocitatus: dum Bisanti uersaretur
artem quidem medicam profutebatur: sed Ari-
stotelice disciplinae prorsus ignarus: nil de
niq; uera cognitione tenebat: fremebundus ta-
men et insolens q̄ multa se percallere iactabat.
Cum forte inter ceteros hominum uersaretur: ut
erat suapte natura contentiosior: sepe etiam p̄
regis portibus ipsi astabat: plerunq; in Li-
brariorum tabernis et uenaliis assidebat: et
ad hominum turmas se eodem cogentium: uer-
ba magna: perinde mirabundus et stupidus
facitabat: consueta quaedam de deo Longis
uerborum ambagibus: his qui secum circumsi-
sterent postulantibus: qualis nam scilicet esset
illi natura: quae enim substantia: utrum affici-
atur: utrum cure sit expertus: et alia quaedam
eiusmodi: qui uero ista pretebant: ne grammati-
cum quidem adisse unq; crediderim: nec uita
forte rectiorem egisse: proinde putent hi facile

aliquid esse et plane promptissimum uel cuique
 peruium: quod uulgo fertur: pedem porrige: et the
 ologiam attinge: cum hanc constet rem esse et per
 beatam et inexplicabilem et longe superiorem: q̄
 ut eam assequi cogitatio queat imperitorum: q̄
 ignorando hanc demirentur. Sunt nanq; qui
 uespri: ex ipsa statim ebrietate et crapula impu
 dicentisq; q̄ multa deblaterent: deq; excellentis
 simis rebus illis diuinisq; questionibus sermo
 nes indecenter inceptent: et in eiusmodi nugā
 do delirent: et haud secus ac qui aleam ludit
 trixentur: hisce in rebus principatum nactus ≠
 Vranius: perinde homericus ille Tharsites alio
 arguebat: extrahereq; in longum sermones mi
 nime desisteat: et si alias de Deo haud satis rec
 te sentiret: nec sane disceptationem sinebat iam
 diu oceptam ordine saltem suo procedere: sed
 apertiora potius confundebat: et quesitae rei ≠
 propulsabat inuentionem: volebat hic forsi
 tan Platonis pytonem sextumq; deniq; imita
 ri: et eorum more responsiones ut fierent: ut si
 nis esset nil obturbari: quia id animo presump
 tum iam esset: nihil esse penitus constitutum:
 sed platonica ista haud satis ille didicerat: ni
 forte alicunde uenatus per pauca collegisset:

quibus posset increditos iam fallere: et quem
admodum literarum erat iste ignarus: ita et
honorum morum omnium expertus: istiusmodi
cum esset vranus ad perlas se contulit: per Are
obinthum perlam et regis tunc oratorem: ut co
thurnus et nebulo ductus: nimirum qui ea
sibi ornamenta stolide uendicasset: quibus
omnino careret: palliumq; protinus induit
quod disciplinarum magistri gestare apud
nos solent: sic itaq; obstipa superbaq; facie chof
roem adiuit: Tum ille inopinato miraculo
percussus et sacrum aliquid esse imaginatus
suspicatusq; uerum hunc esse philosophum: &
nam et ita apud perlas uocitabatur: eundem
hunc et libens uidit: ac benignè suscepit. Ma
gos deinde ad se conuocatos cum nouo Phi
losopho ut sermones conferrent constituit:
deq; rerum ortu naturaq; ut disceptatio ha
beretur iniunxit: et utrum id omnè quod ui
situr finem sit habiturum: Numne unum
esse omnium rerum principium putandum
sit. Tum vranus quod ad rem faceret nil
opportune respondens: ut qui nec responsur
quidem se a principio cogitarat: sola auda
cia et dicacitate: ut in Gorgia et Socrates

inter ignaros ignarus peruenit. quo factum
 est ut uanus ille et demens regem sic ceperit
 ut non solum pecunia ab eo sit et non parua
uelint interficiant omnes et interficiantur: &
inuicem insidiis uti impune confidant: uel
quo modo adepturi uos quempiam estis in
quem supplicia inferre possitis: qn potius gen^o
tota ad internitionem peribit: precepturaq; est
questionis et temp^o eorum procul dubio prauita
qui sese quotidiana impugnatione deperdant
Sed cur inquirunt molestum id fuerit si homine
uno et hoc proditore deperdito: ceteri omnes
qui nobis sunt fœderib^o societateq; iuncti con-
tinentiores reddantur: c nimuero ex prodito-
rum interitu uel si infiniti dispareant si nihil
aliud interfecto^o afferatur utilitatis istius
modi tamen ut e medio prorsus tollant: de

se satis ad aliorum commodum ualent: at si pro-
 ditione nulla deprehensa occidatur temere uir
 precipuus aliquis: et tormentis afficiatur perin-
 de in eo facinore aperte deprehensus quo pacto
 soti poterunt continentiores iam reddi: quo
 inq̄ modo non isti potius conuentiones dissol-
 uant: si sceleris participes fuisse uos duxerint:
 id sedulo animo agitantes: q̄ si erga familiare
 et coniunctissimos caritatis atq̄ iustitiæ fuerit
 tis prorsus expertes: in Alienigenas et peregri-
 nos sero uos stabiles fore: nec eos nisi incidente
 necessitate decetero cognituros: Nobis tamen
 sat constat nec eius uos consilii participasse ne-
 q̄ quod his dumtaxat insedit scelus: in omne
 romanum genus iam peruasurum: neq̄ nostram
 de uobis conceptam opinionem q̄ fideles ex ue-
 stra consuetudine constantioresq̄ sitis: equissi-
 marum ut sit apud uos legum eximius usus: isto-
 rum est malignitas peruictura: sed aliter longe
 sentimus et uestrum id iudicarium forum pro
 communi gloria constitutum uidemus: ut vni-
 uersi intelligant homines haudqua^m uestra vo-
 luntate id factum: ut tam graua et uiolenta
 cholchii paterentur: Sed nunc forte in ambi-
 guum multitudinis sententiæ distrabuntur.

et in incertum feruntur quæ sunt cuius uisa ex
uestro tamen iudicio quod ab hoc et uulgari lō
ge plurimum differt. O iudices perspicuum fiet
non familiarium proditores uos esse: sed peccā
tium castigatores: hi uero etsi uerba uidentur
in sua defensionem fecisse: satis tamen coarguin
tur sese inculasse et sceleris absurditatem face
ri: siquidem per imperatoris epistolam prefectis
inungitur Gubazem ad se ut bisantium mitte
rent: et primum persuasionibus agerent: proin
de si dicto minus pareret: ut cogrent: non ta
men prius necarent q̄ ad defectionem penitus
descendisset: seu in romanos cepisset hostaliter
agere: hi uero cum neq; prefectorum munera
fūgerentur: nec alias istis permitteretur: ut
licentius et pro arbitrio agerent: confestim mi
serum obtuncarunt: haudquaq; prius ut By
santium iret hortati: uel mediocriter ut renite
ti uim intulerunt: nec tum primum hominem
periclitati: si quo forsitan modo non iussis obse
qui auderet: tamen glorientur q̄ maxime et
iactare nil desinant: imperatoris mandata
sese peregrisse: cum illius potius aspernentur sen
tentiam: ausi imprimis falso Gubazem incul
sare: et de se facere quæ a rectoribus essent im

pratis alienissima : et quod ceteris erat absurdū
 nec perfectis ipsis epistolam ostenderunt : ut per
 ceptis quae scriberentur sati⁹ facienda decerneret :
 quo igitur pacto istorum audaciam non quavis
 pernicie et quibusuis suppliciis Longe superio-
 rem quis duxerit : Liqueat sane nulli hominum
 inferendam esse iniuriam : idq; et fugiendam
 et uetitum iam pridem fuisse : presertim cum ami-
 cus sit et beniuolus qui a proximis impugnat^{ur}
 et iniuriam patitur : quis enim nostrum pro per-
 sarum diuitis sua omnia offerentium erga vo-
 pristinam immutauit beniuolentiam : q̄s ē hos-
 rois persarum regis non est amicitiam asperna-
 tus : et cum ei sat licuisset in omnem felicitate^m
 procedere : erga nos amorem imminuit : quis
 inq; cum sua loca per persas diu opprimerent :
 uestris adhuc contantibus auxiliis a uobis de-
 sciunt : et ita ut subito ad ipsa caucasi montis
 miranda transiret : et non potius tulerit in be-
 lue morem uitam hic ducere q̄ hostium libera-
 litate admissa post reditum domi in delitiis ui-
 nere : quis denum erat qui uestri ob gratiam mi-
 nus reformidaret quaeuis grauiissima pati : Gu-
 bazel nimirum . o Leges o iura qui ad persas de-
 fecit qui tyrannidem cepit : et romanorum †

res prodidit. a Rustico et Ioanne abiectissimis q-
dem et perditissimis uiris uir regius est ille occi-
sus. Sed haudquaquam oportuit tam subito hunc
per istos deperditum iri. sed per publicos potius
romanorum cholchiorumque magistratus. matu-
tius condemnatus. per imperatorem denique ut
ceterorum quamis de causa maximum penas
promeritas lucret. verum cum nulla his esset
tanti sceleris iusta causa committendi. sed odia
potius absurdiora quaedam et ex inuidia nata. et
ad id hos mali prouexerint. non iniuria rectis
consiliis prudentibusque cogitatis. et utilitatis
cognitioni nil temporis reliquere. sola his au-
dacia luorumque licentiae plurimum exhibebant. &
quod diu animis agitauerant. cum denique par-
tutissent. sic temere sunt executi. ut nec presen-
tis temporis obseruarent necessitatem. nec quo-
quam pacto conceperint animo. tanto ingruente ro-
manis bello prudentis iuri officium fore. ut uel
peregrinas et nondum cognitatas nationes beni-
uolentia sibi et humanitate conciliarent. hi ue-
ro uel iam pridem familiarissimos hostes roma-
nis ut reddant quam maximum faciunt. et iam ad id
isti peruenerant. nam et hostibus celsimus. et
aduersus amantissimos olim consilia uerbant.

terra perfarum erat et iam patrias leges apertius
 apud nos euauisse contigerat et cetera incretat
 quæcunq; factionum sunt et discidiolorum indi-
 tia. Cum itaq; hæc omnia sic re ipsa processerint
 et peracta iam sint: resq; nobis iam prorsus de-
 fluxerint: exquisita quædam sunt his suppli-
 cia inferenda. Nam si nos in romanos fidem ser-
 uauim⁹ et in hac permanendo stabiles sumus ha-
 ud tamen o iudices par esse censemus ut nostræ be-
 nignitatis fructum hi referant: uel minorib⁹ pe-
 nis afficiant: q^o facinoris natura deposcit: post
 q^o accusatores istiusmodi criminationibus usi
 dicendi finem fecere: cholchiorum turmæ audi-
 re quidem quæ dicebantur hand sat poterant:
 sed cognitis postea quæ producta per suos in cō-
 cilium fuerant: uel ipse quidem certando ope-
 ram: animi promptitudinem insudare gestuq;
 corporis ipso et nutib⁹ identidem circumferri
 et sic animo affici: ut quid inde sentirent: quid
 ue commiserarent⁹ præ se facile ferrent. Dum in-
 terea iudices in dicto silentio inuicem consul-
 tando tacito rem incularent condemnarentq;
 atq; adeo grauius ferrent non statim eos perdi-
 tum iri: sed alioquin hos hortarentur in corp⁹
 defensionem quæ uellent ut dicerent: cholchio-

rum multitudo processit in medium: et apertius
clamitando fremebat: ita ut in apertum uoces
iam ederent: Cholchii tamen qui ad incusandi
destinati astabant: manib⁹ significando suos tu
multuantes cohibuerunt: unde silentio facto
in medium Rusticus cum Ioanne Germano p
duct⁹ uerba huiusmodi fecit. Fortuna nobis
o ludices nostrorum consiliorum exitum subi
to immutauit: et plane in contrarium uertit.
Nam cum necesse fuisset rerum per nos gestatum
ut magnitudine frueremur: nunc uero ut mō
tis rei dicturi iam causam uobis astamus: sed
suauissimum id nobis certamen uidetur et glo
rie plenum: siquidem omnib⁹ hoc modo pspi
cum fiet: nos solum egregium id facinus pe
regisse: ut hominem tyrannum et proditorem
iccirco occideremus: ut imperatoris nostri res
in integro forent: ita ut si uel mors nobis sit
obunda suscepturi ut non ingrati et uo
lentes quidem hanc simus: ac uoluntarium id
effecturi: quod angit cogitq; et moriemur: op
timum mortis hunc comitatum et letit⁹ ha
bituri: quod satis callemus romanos adhuc i
cholchios habentes imperium nos relicturos: et
nondum illud ab his fuisse per alienos subtrac

111

tum: quod si apud persas dicenda nobis causa es-
set: negaturi omnino essemus que fecisse argui-
mur: exatimescendaq; essent certiora iudicia et
timore percussi in ambiguo forsitan uersaremur.
quibus nam uerbis utendum esset apud iudi-
ces precipue immanissimos et egerime ob id
quod patratum esset ferentes: si se fallerentur.
Romano uero iudicium gubernante: qua nam
de causa sumus quod fecimus negaturi: quid
preterea ea excusaturi: quibus et uos affecti be-
neficio estis: cum tyrannum occidimus: non
enim inclitum illud et imperatorium nomen
illi reddendum qui ex rebus ipsis ab ipso hoc
nomine sit alienissimus uisus: tamen si accusa-
tores isti ingenti uoce apud uos proclamarent
indignum facinus fuisse nos aulos qui impe-
ratorem necarimus: non enim ex purpura seu
quouis amiculo et extrinsecus que uisuntur
aliis ornamentis: id regum nomen est cui q̄
tribuendum: sed ei qui equitatem exerceat: &
nec decentia aspernetur: et cupiditates his so-
lum reb^o emetiat^o que animi stabiliunt sapien-
tiam: Si enim ipsi uirum hunc occidendo iniu-
stam rem ausi sumus: equior futura esset in nos
criminatio: meritoq; et uolenti et insolentes

per cholchios nunc diceretur: sin uero suis ex mo-
ribus procul a regis hisce officis aberat: ita ut
nec moderati quicq̄: nec pensi per eum consulere
tur: nisi ut clam in nos persas deduceret: et his
hec proderet loca: cur non potius his egregie fac-
tis imminenti mali tempus erat preueniendū:
q̄ regiam stolam uerendo sub hostium ditionē
uenire: Enim uero qui periculum sibi aliunde:
premeditatum prenouerit: cum protinus que-
at insidias declinare: et presens utcunq; ppul-
sare discrimen: ut imposterum occursum con-
sideratius ualeat se coaptare: profecto maiori
seuicie ascribet: si tumprimum tormenta in-
gesserit: et non potius sua sit potestate contentus:
qua contra possit cum uelit malum inferre: at
ubi consilia sunt ad rem ipsam deducta: et ad
opem ferendam nihil sit temporis reliquum sed
euestigio sint omnia peritura: et cum omniū
communi salute dematur etiam huius spes om-
nis recuperande: hic nimirum sapientibus cele-
ritas est preligenda: ac ne quid indecenti pati-
antur mox procurandum: si igitur nunc isti
irrumpani accusatores: inquinatum scelus fe-
clamq; eadem identidem clamitantes: et eiusmo-
di nuncupationib; id factum decantent: et in

rem gestam euixe nitantur intendere: uestrum erit
 o iudices eos ad memoriam reuocare et contempla-
 ti: qui priores eiusmodi causas obtulerit: quibus
 ipsi per nos rem gestam inuasimus: et facti ex æq-
 uitate: animi bonitatem pernoscere: quandoquidem
 plerisque in locis per ciuitates uagos quosdam et
 perditos homines siue fures spectamus: siue alios
 qui grauiora quædam admiserunt facinora: et
 hos quidem capite plecti: illis uero pedes precidi:
 haud tamen factum id inculamus: etsi sit inhu-
 manissimum iussum: nec presidibus ipsis qui ea
 supplicia inferunt succensimus: nec perinde cri-
 deles scelestos ac infelices hos dicimus: sed pri-
 ora illorum scelera animo agitantes ad memo-
 riam reuocando: pro commissis penas hos lue-
 re credimus: perinde ea oblectemur crudelita-
 te: si modo dicenda crudelitas est: quid ergo com-
 misimus sceleris: hominem necauimus nobis in-
 fensum: tamen si inimicitarum accusatores id
 nomen aptius partiendo: non ei tantum qui lo-
 go sit inter uallo sepositus astruant conuenire:
 sed cuius hominum: qui etsi eiusdem sit natio-
 nis: quæ hostes faciunt facere admittatur: et no-
 bis item ut optima ac uerissima hæc probatur
 sententia: ut quæ rei ipsi naturam perspexerit

Cum itaq; utriusq; nostrum id placeat: agredum
hostem fuisse Gubazem atquamus et prodito uti
mur nunc argumento: quandoquidem huic in
nitendo iure Is celus uidebitur: vniuersa hæc
nanq; barbarica natio: etsi romanorum sit diti
oni subiecta: animo ab his tamen alienissimo
q̄procul abest: et legum ordine degranata ad
res nouandas: tumultusq; excitandos: si apte
natura defertur: suoq; more et libere uiuere his
hand dubie perq̄ suauissimum esset: nec cuiq;
subdine improbitatis penas subirent: unde cu
id assequi nequeant: alias tamen hi nationes q̄
hisdem secum uel ritibus uiuant et q̄proxime
sint: ut sibi adiungant q̄maxime student: quo
uicio et si aperte Gubazes tenebatur: quia et ba
bar^o natus et communi huius genti perfidie mor
bo tunc laboraret: eo est tandem aduersum nos
liuoris euect^o ut non decetero duceret quod a
nimo merat occultandum: quin poti^o acceletare
et re ipsa iam odia exequi prauo fixa iam pridē
ingenio ac male dissimulara: siquidem insidā
tibus nobis et quoduis discriminum atrectan
tibus: nec permittentib^o hosti quippiam ex uoto
procedere: ipse tamen domi manendum cum
suis iam duxerat: et a laboribus procul abesse

malebat: cum alioquin et diligentius obseruaret
 et percontaretur certaminum motus quo loci esset:
 tum siquid romanis fuisset bello egregie gestum:
 exq; uictoria quid certioris fuisset et uere glorie
 partium: confestim is infensi animi prodita uari-
 tate: et obtrectare adnitebatur: et perinde parui
 momenti facere ex rebus gestis laudem compa-
 ratam: uanum rei principium ac uanissimum:
 item euentum iacitans fore nec nostra id qui-
 dem uirtute factum: sed fortune temeritate: q-
 si forte spem preter aliquid minus prospere ge-
 rebatur (qui enim id fieri potest ut res huma-
 nae non plerunq; in contraria aduersaq; deuol-
 uantur: uel eodem ut semper statu procedant)
 Tum is ueluti promptior quispiam rerum gesta-
 rum censor: fortuna ipsa perinde innoxia sta-
 tum omissa: tanq̄ expers ulla cuius casus fuisset:
 quod haud satis probe per nos gerebatur pre-
 animi pusillitate: debilitate manuū et cō-
 sultationibus stolidis factis: euenisse id decerne-
 bat: non fortune temeritate: uel inconstantia:
 nec huiusmodi cetera quorum contumeliosi⁹
 nos arguebat: hostium ascribebat fortune: qua
 nos superassent: unde cum nil tacitum ferret:
 non solum perfarum exerciti⁹ notiora haec fa-

ciebat: quibus omnem operam insudaret: sed uel
in hiberiam usq; ad alanos suanorumq; nationes
et ceteros barbaros qui ultra caucatum incolunt
loca: uel alios item atq; alios qui ab his longo #
sint intervallo: et ultimos habitent terrarum fi
nes nuntios dimittebat: qui ferme significarent
romanos bello inualidos a barbaris deuictos de
bellatosq; esse: et sane huius rei ob gratiam nun
tios transmittere nunq; desisset: si modo continē
ter id facere potuisset: quod utiq; studium non
solum ad romanorum is offerendam ignominia
ceperat: etsi magnum id erat infensi animi ar
gumentum: sed aliud quiddam et longe maius
elaborando machinabatur: nimirum qui eam
famam que de imperatore romano apud barba
ras gentes peruicit q; potentissimus sit trophisq;
et plurimis predictus: ut in partem dissolueret: ic
circo animum intendisset ut barbaras gentes et
si uitium romanarum admiratione simul et for
midine captas: audentiores fidentioresq; redde
ret. Nun igitur hostis erit et iure qui ista faciat
nuncupandus: an amicus potius et benignus #
imperator: sociusq; et fœderibus iunctus: siue ut
aliascunq; denominare accusatores hi gloriantur:
tamen si id nomen utriusq; si communiter tribuat:

haud tamen aliter amicus discerni ab hoste queat :
 nisi ex incidentium rerum euentu : et utrum rec-
 te an aliter affectus animo sit : Si igitur Gubazē
 nostram uictoriam egre tulisse arguitur : et locū
 ditate affectus siquid ipsi forte deliquimus : cur
 aduersus romanas leges barbari isti inelamant
 quibus in hos animaduertere consueuimus : atq;
 adeo ut has forte sustulerint : cum rei publicae
 firmitatem in partem obturbant : demoliunt^r et
 uastant : sed si uidetur quae dici decentius possit
 tunc omittamus : et rerum dumtaxat con-
 templemur experientiam : quoniam illa nos sit
 traductura : tenebatur a persis presidium ono-
 goris : ex Archopolis circumiecto agro adempta
 et erat quidem intolerandum id dedecus hosti-
 lem exercitum infra nostrorum locorum con-
 septum tam ualide consedisse : uicerat in perfec-
 torum consilio ea sententia : ut in hos cum uirib⁹
 uniuersis iretur : euerteret^r : siue saltem depelle-
 retur : quod ibi reliquum esset exercit⁹ diu iam
 collocatum : Erant quidem nobis cholebiorum
 pernecessariae copiae : ut non modo pro sua eorū
 locorum peritia plus aliquid q̄ hi qui eius regi-
 onis sunt imperiti : ad communem utilitatem
 excogitarent : sed ut bellantibus nobis aduers⁹

armatos: et e munitionibus propugnantes: uel i
persas etiam qui essent e Muchisuride aduentu
ri auxilio forent: et simul obuiam irent: quid
tum igitur huic in rebus prefectis agendum fu
isset: nimirum precario gentis opem ab duce
lazorum deposcendum auxilium erat: patefac
taq; petitionis mox egrate in belli societatem
ea gens absiscenda: precari sunt itaq; et rei ip
suis aperuere necessitatem: ille tamen: ut qui p
indubitato imperatorem se duceret: perinde ac
fal sibi iam esset parburio uiuere: nec militare
quidem nobiscum uolebat: nec ad presidium ex
pugnandum contendere: atq; adeo: ut ne adef
se quidem tunc toletaret: nec pertinaciam de
precari suam: nec ad negandum saltem aliquem
pretextum moliri creditu facilem: sed prefecto
rum reuiciebat petitiones: graui⁹ longe et plane
acerbius q̄ mercennari et subditi hominis di
gnitas pateret: Ad hec in prefectos odium acce
debat: et hostiliter illis conuiciabatur: perinde
frenae factum id duceret: et imperatore sat di
gnum: quin etiam nomine singulos compellando
iamdiu premeditatus et fidens criminationib⁹
incessabat: deinde cunctandum fuisset uel egre
gium opus diutius differendum: et castigatio

nes ab eo expectandae maiores: uel imperatoris
 epistola de promenda: cuius hic iussu bysanti-
 um iret: qui suis in terris: ne breuius quidem
 iter facere nostri gratia uellet? Sed quamam ar-
 te ad imperatorem transmitti hic poterat: homo
 qui tanto pre nobis esse infensior cecepisset: ni-
 si cum infinitis et turbulentissimis seditionib⁹
 ac ciuium cede: et aperta quadam ad persā de-
 fectione: cum haudquaquam ut hostis impudentis-
 simus et uim omnino facturus: dictis esset ob-
 securus: ut eius gens omnis ad seditiones
 sit promptior: tum quia suapte natura ad-
 res optime constitutas: more barbarico com-
 mouendas et obturbandas fetatur: tum etiam
 quia in proximo habeat qui se tueantur: unde
 et nos principe seditionis sublato: tantarum ca-
 lamitatum materiam tanta facilitate sedauimus:
 ut nunc aperti⁹ credi non possit quod erat
 omnino futurum. Non itaque iudices hi nunc
 epistolam proferant: neque ideo nos deprimat
 quia quae in ea perscriberentur sectati nil sim⁹
 Id namque quod haud satis pateret ut Gubazi
 esset Bystantia ad imperatorem eundem: postea
 periclitatio erat et temptatio quaedam iure com-
 posita: utrum sponte is iussa subiret: ubi uero

facile nobis eius animi pernicacia cognita est et
contentio: quandoquidem id quod minus esset
repudiaret: quo pacto nobis non ad maiora erat
progrediendum: et non cuestigio ad eum finem
mox concedendum: ad quem multis intercede
tibus malis: aliquando tandem peruenimus.
Non enim hi qui temporis oportunitatem negle
xerint: nec se rebus gterendis tunc statim acco
modent: licet imposterum quod omissum
est reuocare. Relinquebatur ergo uti apparet
et accusatores isti fatentur ut Gubazem in iu
dicium euocarem: et iocularia quaedam excita
rem certamina: et uerborum potius ut grauita
tem et elegantiam q̄ rerum securitatem delige
rem: haud tamen permisissent id per se qui pre
sentes iam essent et rebus incumberent. Sed po
stq̄ Gubazes hostis esse et proditor undequaq;
arguebatur: ad spemq; erigebatur tyrannicam:
quid interesse putant cholchi siue per nos si
ue per alios sit is obruncatus: non enim prefec
tis solum: siue alias prepotentibus: necesse est
ut bona mens inuascatur: et plane insideat: sed
cuius hominum: qui eius uitae conditionis in
qua sit constitutus cursum ut teneat decoremq;
cupiat insudare: et quod omnibus conferat: p

uiribus exequi: quamobrem etsi uani quidam et
 conspuendi apud nos iudicantur: summæ tamen
 erga imperatorem fidei sumus: et mirifice roma-
 nos nos colimus: unde et qui parare his insidias
 uellent: quominus id facerent coerebamus: quod si
 aliud quippiam id præter dicendum erit: nosse
 uos uelim o Iudices: pulchrum esse: et in uero aq̄
 sumum facinus: quod oportune nos ausi sumus:
 nec sine Martini uoluntate patratum. His per-
 oratis Athanasius non minus tunc primum #
 Rustici dicta quæ cholchiorum ut simillima ueri
 admisit: ubi uero bis iam ea est de te consultati
 diligentius omnib⁹ perferutatis: cum de proditio-
 ne et tyrannide factum nullum aperte consta-
 ret: quo deliquisse Gubazes deprehenderetur:
 sed iniuste potius uideretur et nequiter fuisse #
 commissa cædes: nec per romanorum obprobriū
 ad Onugorum cum his simul in expeditionem
 iturum se Gubazem negasse comperiretur: sed
 quia prefectus esset ob militiam ammissam infē-
 sior: præ ditiis nimis et negligentia debilita-
 tis: confestim Athanasius: quod de Martino
 dixerat Rusticus quæ eius uoluntate patratum
 fuisset id facinus: referendum imperatori poti⁹
 quæ in presentia iudicandum existimabat: his uo

ut aperte se eadem patrasse fatentibus ex scripto
sententiam intulit: qua interfici iubebantur: et
capite plecti. Tunc demum Rusticus et Ioannes
comprehensi mulis impositi et publice circumacti:
maximum de se et horribile spectaculum chol-
chii prebuere: nam obstupefacti astant: preco-
ne uoce ingenti et apertius proclamante: monen-
teq; leges ut uerentur: iniustaq; cede uel singu-
li abstinerent: ubi uero precisa his capita sunt:
tum omnes decussa molestia e Gubazis morte
concepta: in commiserationem sunt uersi: et in
his certamen omne solutum: deinde cholchii ro-
manos rursum summa beniuolentia prosequi:
et pristinos renouare mores: his ita peractis ro-
manorum exercitus: per castella presidiaq; hi-
bernabat: ut cuiq; erat iniunctum. Interea ui-
ri quidam Misianorum primores: in hiberiam
ad Nachoragan persarum regem profecti: renu-
tiationis que in Sotiricum ipsum egissent: uera pro-
fectionis causa occultata: querebantur: & po-
stq; persarum partes sectandas sibi delegerant
per romanos et cholchios contemnerentur: ut
inter abiectissimos habiti: demq; sibi romanorū
prefectum Sotiricum instituisse: et uerbis qdem
pretendere eorum se oppidum uelle: ut sotiis

unde aurum impartiret: sed finem fore in sua ge-
 tis perniciem: unde cum in presenti liceret uel fin-
 ditus his interire: uel romanos preueniendo: ex
 audaci facinore apud nonnullos sibi gloriam ue-
 dicare: uel hoc saltem pacto imminui: uiuere ta-
 men se pro arbitrio malle: et sua utcumq; expedi-
 re sit uisam disponere: delegisseq; potiora: et que
 magis humanis inbecant moribus: aliorum si-
 ue conuicia: siue criminationes: parui se ducere:
 maximi tamen salutem: Sotiricum deinde fate-
 ri se obtuncasse: ut exactis ex eo pro illata in-
 iuria penis: ad se et persas facta hoc pacto erga
 hos beniuolentię fide: cum gloria maiori tran-
 sissent: romanos tamen non desituros asseuera-
 bant: cum pro re gesta: tum defectionis ob cau-
 sam ad persas factę: rem molestius ferre: sed se
 q̄celerrime inuasuros sublaturusq;: ubi eo con-
 cesserint uniuersos: quocirca decentius fore: ut
 qui se suaq; dederent rex ut benigne susciperet
 opemq; ferret: eorumq; locis prospiceret: ut sue-
 ditionis iam factis: nec per negligentiam gen-
 tem nec paruam quidem: neq; obscuram et pe-
 riclitantem iri desperditum sineret: quippe q̄
 ad ei imperium non parua sit futura utilitati
 accessio: Nam et peritos se bello esse facile se-

competitum aiebant: sed pro persis cum opus foret fortissime pugnatuos: suamq; regionem quia supra cholchios insideat: peridoneam fore: unde tanq̄ e munitionibus in hos tuto fieri insultus queant. His Nachoragan auditis: Misanorum oratores perq̄ lubens excepit: factamq; ad se defectionem probauit: fidentesq; abire hos iussit: ut in tempore persica auxilia habituros: hi itaq; ubi ad suos reditum est: singulis: uti acta fuissent: renuntiatis: spei plenos hos faciunt:

Vere autem incipiente Romani in unum coactis iam exercitibus: aduersus Misanos ducere statuant. Buzes uero Iustinusq; ut in insula manent constituantur: eas partes asseruaturi: et curę ut his cetera forent: ad hominum autem tria milia equitibus pedites intermixti: ad bellum summissi: inter quos erant clarissimi uiri Maxenti Theodorusq; Zannicarum copiarum prefecti: utriq; ut sepe iam diximus: bellicosi et ordinum duces: et hos quidem in expeditionem profectos subsequitur: haud longepost erat Martinus: et omnes simul ductaret: hi tamen interea ne in exercitati manerent: eius exercitus prefecturam sunt nacti: quoad his esset per agrum pacatum iter.

Barazes uero armenius et Pharsantes cholchius

qui nec laborum tolerantia neq; alia dignitate ꝓ
 ceteris prestarent militibus: sed nonnullis infe-
 riores potius essent: Lazorum prefectus alter mi-
 litum erat: dux alter cholchici imperatoris fami-
 liarium agminum: haud tamen tantum his uel
 prudentiæ uel audaciæ inerat: ut fidenti uibe-
 re precesq; romano exercitui possent: et romano-
 tum iam copiæ in Misianorum agrum peruene-
 rant: et progredi iam cupientibus impedimento
 fuit persicum agmen eodem coactum: Persæ na-
 q; cum se romanos ad bellum parate percussissent:
 et aduersus Misianos ituros: ex hiberia motis
 et e castellis circa Muchirisum castris: eodem q̄
 et Romani tendebant: agrum Misianorum ut ꝓ
 mox defensuri: ita et allaturi his opem: Cum ita-
 q; circa psilliorum presidia romani stationem ha-
 berent: tempus extrahere nitebantur: quod est a-
 exiret: nam uelle tunc persis simul et Misianis
 obuiam ire: nec commodum fore: et falli se posse
 rebantur: Sic itaq; utrinq; exercitus quiescebant
 et in neutram partem progrediebantur: sed se in-
 uicem asseruabant: intentiq; expectabant: siquis
 prior in se impetum faceret: aderant autem persis
 vnum Sabiriq; auxiliares: et mercede conducti ꝓ
 Constat hanc gentem et maximam esse et homi-

num copia abundare: belliq; studiosissimam ac
rapinis admodum deditam: et alieni percipi-
dam: sed lucri auaritate et predæ spe nunc
his nunc illis sese in belli societatem adiungit:
et simul pericula subeunt: ad alteriusq; partis
hostes: suos fallendo sepe pertranseunt: siquidem
cum romanis plerunq;: cum persis sepe et mutu-
o in aciem prodeunt: et certamina ineunt: mo-
mentoq; temporis ad utrosq; exercitus alterni-
uerſi stipendia faciunt: Nam et priore bello ad-
uersus persas pro romanis pugnarant: et di-
linitarum vim magnam noctu se inuaden-
tem interfecerunt: quo bello confecto pro con-
uenta acceptaq; mercede a romanis alio abi-
erunt: ita ut rursus qui pauloante romano-
rum hostes acerrimi extitissent hi sequerentur:
siue idem illi hi fuerint: siue alii quidam: Sa-
biros tamen fuisse sat constat: et eorum ex ge-
te qui persis auxilio mittebant: hoc itaq; Sabi-
rorum ex agmine homines ad quingentos sub-
diuo confederant: et haud longe a cetero per-
sorum exercitu stationem habebant: qd ubi Ma-
xentio Theodoroq; cognitum fuit: et q; de ar-
mata per negligentiam: et in hostico solutius vi-
uerent: confectum in eos trecentorum eqtium

turmam duxerunt: ualloq; circumfesso (non enim
 plurimum is eminebat: nisi quantum extrinsecus
 hominis equo insidentis caput dumtaxat com-
 pareret) undequaq; et e propinquo lanceis saxif
 sagutisq; et alio quouis armorum genere quod
 manibus occurrisset: barbaros confodiebant. Tu
 illis plures esse q̄ in uero erant hos suspicantibus
 et simul re insperata perterritis: sese tuendi nul-
 la animum cogitatio subit: nec fugę quidem
 locus patebat: uallo muroq; circumactis: ibi er-
 go ad unum omnes et passim ceduntur: quadra-
 ginta et soli qui hostes murifice latuissent uix eua-
 sere: hi nanq; e muro quem reptando inscende-
 rant: in alteram se partem precipitarunt: in den-
 sioremq; et proximam siluam delinere: quos =
 tamen romani ceteris caesis insectando perue-
 stigabant: his itaq; persis renuntiatis: extemplo
 diuum milium equitum turmam acie instructa
 in romanos miserunt: Illi tamen tanta multi-
 tudine in tempore declinata: iam factis contē-
 ti: citatiore cursu retro in presidium unde pro-
 fecti erant se receperunt: pro re quidem egregie
 gesta gloria elati: mutua gratulatione effere-
 bantur: tamen si Maxenti ducis obgratiam
 grauitę angrentur: Is nanq; una cum ceteri

dum eos insectaretur: qui se in siluam abdiderant
telo traictus desperantibus omnibus salutem re-
cepit. Iustinus interea suis ex ducibus quempi-
am unum unnum genere: Elinzur huic nomen
erat: ex insula cum duobus milibus equitum: &
ad Rodopolim oppidum misit: Rodopolis uero
cholchiorum quondam oppidum fuit: a persis &
tamen tunc tenebatur per Mermeroem regem an-
tea captum: et ualido presidio obfirmatum. que
admodum autem transacta ea res sit: quandoq;
dem Procopius rhetor de ea satis perscripsit pre-
tereo: eo igitur ubi est uentum prospera quaedam
iuuit fortuna: Excesserat nanq; tum forte ex
oppido persarum presidium ad breue alibi per-
mansurum: incolarumq; multitudo ipsa diuer-
sim diuagabat: oportunitatem igitur nactus El-
minsur: sine ullo labore urbe potius: per eam
ingressus discurrit: et persarum quos reliquos
esse intus deprehendit occidione occidit: ciues
uero ubi cognouit externo potius pauore q̄ sua
perfidia cum persis sensisse: ut patriam incoherent
rursus permisit: et acceptis obsidib; omnia in ty-
to constituit: hoc pacto Rodopolis ad priorem
statum redacta: patrias leges recepit: et sub
romani imperatoris denuo ditionem concessit

Sed ea estate nil aliud actum memoratu dignum. #
 Hieme uero iam appropinquant. Persae quidem sublatis
 castris ad Cotaisim in hiberniam se receperunt: ut #
 his ipsis in locis hibernaturi: auxilia detestati quae
 Musianis tulissent: non enim id equum esse cense-
 bant: nec patrio more permissum: ut eo tempore #
 anni in tam longinquam expeditionem labore at-
 tererentur: Romani uero perinde obsidione iam
 liberati: oceptum iter tenebant: Verum ubi ad Ti-
 belium: id presidio nomen: iam peruenerunt: id
 namque Musianorum Apsiliorumque agrum deter-
 minat: superuenit Martinus: qui caeteras copi-
 as secum ductaret: et exercitu uniuerso disposito:
 eodem consedit: Sed interea morbo et graui cor-
 reptus ademit sibi met quidem et interseidit ani-
 mi promptitudinem: Is siquidem ea hic mente
 immorabatur: ut in cholchicum agrum et eius
 regionis castella paulopost rediturus: qui uero
 relinquebantur: cum ad Musianos progrederen-
 tur: a prioribus prefectis deducti: primo quidem
 temptandos hos esse duxerunt: si forte uellent #
 ad bonam mentem redire: ac suis recognitis du-
 cibus: commissorum iam denique peniteret: et red-
 ditis simul Sotirico ablatis pecuniis romanis se
 dederent: unde delectos apsiliorum ex gente

facundissimos viros ad Misianos oratores dimit-
tunt: Misiani uero tantum aberant: ut ceptam
omitterent crudelitatem: uel futuris officis #
ut hanc compensarent: hisq; perinde ornarent
rerum suarum absurditatem: ut tanq; nefarii #
ac perditii homines ius gentium aspernando et
conculcando: oratores confestim occiderint: ui-
ros presertim apsilios eiusdem uitae: eorundemq;
morum: finitimos preterea: et eorum procul ex-
pertes: quorum ipsi romanos et Soturicum incu-
sasset: presertim cum se amice beniuoleq; et q;
in rem essent commonesacerent: nec molestius
mandata referrent: eo hi furoris euecti: ac
tunc primum inopia quaedam adorti: precipi-
tes de caetero eisdem oppressi malis: et maiori
cum impietate deferebant: Siquidem cognito
perfarum discessu: et desperatis ex conuenticio-
ne pristina auxiliis: confisi tamen locorum #
difficultatibus: q; ea nec se adire aut transcen-
dere romanos posse rebantur: deteriora quae-
dam aggrediuntur: Est mons quidam urbi
obiectus non admodum eminens: ascensu ta-
men accliu difficultiq; absclusus undiq; et pla-
ne abruptus: in medio breuis quidam et no-
multum attritus apparet callis: expedito #

cuiq̄ uni uix peruius atq; adeo ut si unus ali
 quis eius montis summum fastigium armatus
 insederit: hostes omnino sit transitu prohibetur?
 uel si eorum infinita sit multitudo: uel leues q̄
 dam et agiles sint quales esse Isauros ferunt: hu
 ic itaq; loco confusi in uolentissimam quanda
 desperationem uenerunt. Romani uero patra
 tum in oratores scelus ubi his primum tenui
 tiatur ira commonebantur. Sed dum intere a
 barbari cunctarent: et in monte nondum presi
 dia collocassent: preueniendo mox hi uerticem
 occupant et nemine prohibente: in planiora ex
 altera parte loca ac late patentes campos de
 scendunt. Misiiani uero ea spe destituti: ex om
 nibus presidis rebus auectis et minus necessa
 ris igne absumptis: in unum se: quod munitis
 simum uidebatur: presidium coegerunt. Tzachar
 ab antiquo denominatum: sed ferreum deinde
 illi cognomen est inditum: quia et ualidissimu
 esset et capti uanime opportunum. Dum haec
 peraguntur: romanos quosdam ad equites qua
 draginta prestantes tamen: ut qui ordines du
 cerent: cum scorsum a suis iter haberent. Misi
 ani mixti equitibus pedites uiri sexcenti inua
 dunt: rati se omnes facile necaturos: tum illi#

ut belli peritiores ubi in collem se receperunt ope-
ram se tuendo nauabant: sic diu strenue et anci-
piti Marte pugnatum: Mithianis Romanos eqtes
circumuenire nitentibus: Illis uero enixe adeo #
impetum in hos facientibus: ut hostium nunc pha-
langem irrumperent: ac protinus profligarent
nunc rursus cedendo sese in tutu recipent. #
Sed cum interea ex edito monte romanorum ali-
e copiae se ostendissent: dolo id agi barbari: et
sibi parati insidias suspicati: concitatissime sta-
tim sese in fugam dedere: romanorum uero exer-
citus: iam enim inter se uniuersi coierant: hos in-
sectatis: tergis mox hostium insistebat: eorumq;
maximam partem occidit: atq; adeo ut tanta
ex multitudine octoginta dumtaxat in presi-
dium se illud receperint: quod utiq; si eodem im-
petu inuasissent: tomari: trepidantibus adhuc
ex his quae acciderant barbaris: cum uniuersi
capi tunc potuisse nil ambigo: et die eadem bel-
lum finire: sed cum his nullus adesset prefectus
qui uel prestaret prudentia: uel uiribus esset &
factis clarus: sed perinde pares se ducerent omnes:
atq; adeo ut nunc se inuicem ignauię inculcasset:
nunc uero alternis inberent: et huiusmodi alia
quae uel fecisse uel audisse hos dixerit quispiam:

uani quidam et plane inglorii istorum fuere cona-
 tus: nam cum hi diuersa sentirent: diuersaq; item
 et singuli uellent: et nihil eorum quod uarii cu-
 perent perageretur: grauius nimirum quisq; fe-
 rebat non fieri quod sibi collibuisse: negligenter
 et segnius ad rem gerendam prodibant: et ac-
 ceptum infortunium plerisq; uolupte erat: ut et
 iactare apud proximos possent: et sua extollere:
 et delicti causam fuisse id preter: nil aliud de-
 monstrare q̄q; suis iussis minus fuisset obtempe-
 ratum. Cum in his uersarentur hi certaminibus
 q̄procul ab hostibus: ut hos obsessuri: castra me-
 tati sunt: unde nec ut belli consuetudo deposcit:
 Oriente iam sole e stationibus prodeuntes hosti-
 bus insultabant: sed in segnitiam socordiamq;
 relapsi: superuacaneum fore existimabant: dili-
 genter aliquid et suo tempore exequi uelle: sed
 prepropere quidem et non oportune in hostem
 ire: et celerius se ad stationes recipere: Quibus
 rebus Martinus iam cognitis: ad hos hominem
 misit qui uniuersis precesset: capadocem genere
 prefecturæ dignitate iam antea nobilem: Ioan-
 nes illi fuerat inditum nomen Dagan alias co-
 gnomento hunc uocitabant: Is ferme pauloan-
 te ad cholchios fuerat per Imperatorem trans-

missus: et rustico suo illo in munere statim suffec-
tus: itaq; in Misianos ubi demum peruentum est:
cum preesse uniuerso exercitu iam occepisset om-
nib⁹ extemplo circa presidium coactis agminib⁹
id obsidere adnitebatur: et simul eos inuadere
qui extra presidium essent et omnia puitibus
obturbare: barbarorum autem domicilia non
intra circumactum erant presidio murum: sed
in proximo scopulo quodam et porrectiore sita:
circa uero saxa abscisa abrupta q; precipitia: &
in profundum tendentia: unde et locus aditu
difficilis reddebatur: peregrinisq; et insuetis erat
plane incognita que eodem sunt omnia: ita ut
nix incolæ ipsi pro locorum peritia ex angusti-
simo calle quodam et sublatenti: ac maximo
cum labore uiam tenerent: Descendunt tamen
et iterato sursum uersus cum opus fuerit obre-
puit: ad huius autem loci radices in planitie
ipsa et loco patentiore fontes potabilis aque spō-
te sua emergunt: quibus potantur qui arcem
incolunt summam: unde cum interdum aqua
ri per romanos barbari prohiberentur nociv
aquam descendendo haustam asportabant.
V igitur Isaurus quidam ilius nomine: qui ea
forte e regione custos erat appositus: ubi primū

123

non paruam Mifianorum manum longo ex in-
teruallo: et nocte intempeſta descendente[m] perui-
dit: ut aquam deferrent: rem tacitus tulit: abe-
untes tamen occulte ſubſequitur: et ſimul aſcen-
dit: quouſq; ad montis cacumen perueniens: lo-
ci ſitum quantum in tenebris licuit: optime
contemplatus eſt: nec ultra uiros decem ad al-
ſeruandum aditum fuiſſe appoſitos: quib' omni-
bus cognitis descendens protinus prefecto que-
uiderat ſingula explicauit: Prefectus uero eo
ex nuntio gaudio ingenti affectus: nocte in ſe-
quenti: uiros centum delectos ualidos quidem
et audentes ~ ad aditum illum emiſit: ut et
locum ſimul contemplarentur: et ſi res poſceret:
impetum facerent: his deinde inunctum: ut ubi
in tuto iam conſtiſſent: buccina ſignum daret:
ut ceteris copiis muros repenti' et ſumma vi
inuadentibus: utrinq; hoſtes obturbarent: qui
nero ad id erant delecti illum ducem in aſcen-
ſum ſectati: et cohortati ſe mutuo euadebant:
vbi uero ad medium eſt montis peruentum: incē-
ſum uigilum ignem apertiffime conſpiciantur:
ipſos uero q̄ proxime decubantes: quorū ſeptem
ſopiti ſtertentelq; iacebant: unus dumtaxat cu-
bito innix' perinde excitus declinarat: Nam

et is capi somno iam ceperat: et capite inclinari nec
satis patebat quoniam euasurus iam esset: cum
identidem dormitando excuteretur. Interea Le
ontius quidam in lubrico quodam cenosoq; loco
in terram prolapsus: clipeo diffracto deferitur:
unde crepitu: uti par erat: iam edito existunt
uigiles statim: exterritiq; et cubilibus adhuc in
sidentes: nudatis gladiis: et capitibus circum
actis: quoquo uersus respiciebant: haud sat ta
men imaginari factum id poterant: siquidem
accensus et lucidus ignis uisum his intercepe
rat: quo minus possent qui in obscuro se conti
nebant: apertius contueri. Crepitus preterea que
dormitantes exceperant: nec clarius quidem
nec qualis armorum fragorem significaret ab
his poterat internosci: Romani uero apertius
omnia intuebant: Nam gradu represso taciti
constitere: haud secus ac terre herentes: uocemq;
adeo continebant: ut ne hiscerent quidem: im
mosq; pedes: uelut terre impactos eodem te
nore seruabant: siue hos sentibus siue cautibus
et saxis imposuissent: q; si haud ita se habuissent:
sensusq; aliquis eorum que gererent: ad uigile
peruenisset: futurum erat omnino: ut per hos in
decliue prouoluta saxorum ingentium mole

hi omnes attererentur: qui presidium inuasuri
 eo peruenerant: stabant itaq; taciti immotique
 omnes: atq; adeo: ut uel ipsum insuper spiritum
 continerent silentio pressum. Barbari autem
 ubi nul graue esse quod auribus accidisset existi
 marunt: iterato in id quod his gratius erat mox
 relabuntur: libentissimeq; decubando redormi
 unt. Romani itaq; in somnum hos iam resolu
 tos confestim inuadunt obtruncantq; cum his
 simul et semisomnem illum: perinde illusum et
 compellatum occidunt: demum intrepide prode
 untes: ubi in frequentiora aedificiis loca diuer
 si effundebant: tuba mox classicum cecinere: qd
 ut primum Misiani aurib' exceptunt: rei noui
 tate obstupefacti: et eorum ignari quae tunc ge
 rebant: surgentes tamen suos mutuo conuenire
 coireq; simul: et aliunde aliud proficere Romani
 uero uel in foribus ipsis obuiam his procedendo
 gladiisq; eos excipiendo: ingentem edidere cla
 dem: cum partim e domibus pruenes partim
 presentes nacti: partim paulo post affuturos con
 trucidarent: ita ut nullum esset cuius mali leua
 men: uniuersis iam irruentib': magna praeterea
 uis feminarum comploratione facta extra do
 mos sese in publicum effundebant: nec ab his

tamen romani ira incensi manus deniq; abstinebat:
sed crudelissime et hæ necabantur: una tamen et
elegantior quidem ardentef faces cum manu ge
staret publice uagabat: que protinus telo in
uentrem icta q̄miserime moribunda percubuit
e cui manu ubi miles quidam facem extorsit #
circumuectis domiciliis ignem subiecit: que cū
e ligno essent et eiusmodi leui materia edificata:
euctigio conflagrarunt: flammaq; adeo in sub
lime euecta est ut Apuliorum genti et aliis q̄
longo tunc aberant interuallo que gererentur
significaret. Tum barbari effusus interire et #
mortem occumbere: quippe qui domi manebant
et cremabantur simul et ruinis contegebant:
qui uero e domo prouerent in promptu gladi
orum peritias ingruerat: pueri preterea mul
ti flebiliter matres nomine uocitantes mox rap
ti saxi partim inclementer illis discepebant
partim uero per milites et ludibundos quidem
ex alto precipitabantur: quos postea de loco in
feriore subeuntes alii erectis exceptos lanceis
perforabant: et forte haudquaq; immerito Mi
sianorum genti grauer adco succensebant Ro
mani: cum quia occidissent Soriticum: tum qa
et oratores scelerati uiolassent: non tamen tan

toperere erat in teneros et recens natos ac ea iniu-
 ria deserviendum: qui paternae audaciae et igna-
 ri prorsus et expertes fuissent. Sed non impune
 romanis id scelus fuit: siquidem nocte tota in
 his malis transacta: cum deletum esse oppidu-
 his uideretur: defellatiq; Misiani. viri quingen-
 ti et armis admodum communiti e presidio pro-
 deunt: demproiso romanos adoriunt: et q̄
 multis affectos uulnerebus uolentius impellen-
 do in fugam uertunt. Tum illi ut in precipiti-
 acti et abunde conuulnerati: egerime se ad exe-
 citum receperunt: Nam instantibus telisq; inge-
 rentibus Misianis: cum precipites agerentur
 in saxa cotesq; tibias et crebrius offendendo di-
 lacerabant: atq; adeo ut ad scopulum reptare
 nulla decetero subiret animum cogitatio: mu-
 ros tamen ea ex parte qua expugnari facilius
 poterant inuadendos esse: et fossam comple-
 dam romanis uisum: unde et casis tugurisq;
 q̄ proxime structis: e tuto menia iam oppugna-
 bant: sagittisq; et machinationibus usi quibus
 grauissimam his demum obsidionem et plane
 intolerandam efficerent: Barbari uero: etsi la-
 bore ingenti afficiebantur: et acius urgerent
 haud tamen uel coartati: sese et muros tueri

desierant iam enim ex his quidam ad alteram
romanarum munitionum partem testudinem
importarant: ut omnia ad terram prostrarent:
prius tamen q̄ uallo appropinquarent: uel in te-
studine peritus delituissent: Suranus uir qui-
dam hister in quempiam hostium et conspectio-
rem telum intorsit: letaleq; huic uultus infli-
xit: eo cadente confestim concussa testudo ipsa
inuetitur: et alueo circumacto supinoq;: retre-
ti omnes nudatiq; sunt: in quos romani hastas
eiaculati omnes interfecerunt: unus uero qui
forte euaserat: cum ad presidium proxime per-
uenisset portulam iam iam ingressurus: sagit-
ta ictus interit: cadensq; in limine iacuit: in
interiorem partem porrectior: Qua re Mufiani
animaduersa: sinistrum id futurorum omen-
euitandum sibi q̄ maxime ac detestandum: ut
arbitror rati: desperatisq; suis iam uirib; et persi-
ci auxilii spe tandem deposita: cupidi pro ui ro-
manis illata: metu deniq; liberari: proprias ui-
res emensi: q; nec bello patet romani fore se di-
cerent: nec bellum sustinere diutius possent: vix
aliquando tandem resipiscentes: ad loannem
oratores miserunt precatum: ne se perdere ad
interuentionem iam uellet: gentem ab antiquo

obediētem: et eadem secum de Deo q̄optime sen-
 tientem: et quæ quia ut prior affecta iniuriis sit
 ad id demum descenderit barbarica quadam de-
 mentia factum ut romanis obsisterent: haud ta-
 men commiseratione et uenia indignos omni-
 no fore se affirmabant: qui tot mala perpessi pe-
 nilq; tam acerrimis et tam multis affecti iam
 essent: presertim cum circumiecta presidio loca
 incendio conflagrarunt: uirorumq; non minus
 mille et quingentorum iacturam fecissent: et
 pubescentium puerorumq; item et foeminarum
 numeri amplioris: atq; adeo: ut haud multum
 defuerit quin Musianorum gens sit prorsus sub-
 lata. Ioannes uero animo perq̄ libenti et multa
 de causis istorum preces admisit: tum ne diuti⁹
 in loco deserto prealguidoq; cum uniuerso exer-
 citu periclitaretur: tum quia satis penarum iā
 dederant: qui in se deliquissent: unde acceptis
 obsidibus: et omni pecunia quam prefectus So-
 tircus secum detulerat recuperata: imperatori
 q; auto in potestatem redacto: quod utiq; perfec-
 torum proborumq; numismatum fuit octo et #
 uiginti milium additis octingentis: predaq; mi-
 ta onustus: permisit rursus sua hi ut intrepide
 possiderent: uitamq; innouando pristano more

ut uiuerent: Ipse demum in cholchicum agrum.
reuerrens inclitum quidem et gloria superbiens.
triginta hominibus dumtaxat desideratis: redu-
xit exercitum: post hęc Imperator Iustinianus ≠
Martino prorsus exauctorato: Iustinum germa-
nicum copiis uniuersis que apud cholchos et
armeniam erant libere potestatis et solum pre-
fecit: iam pridem enim illi id animo inerat: ne
de cetero his imperaret Martinus quia in Gu-
bazem insidiatum non minima causa fuisse ≠
argueretur: continuerat tamen antehac ani-
mum et rem plane dissimularat: haudquaquam
id temporis ratus princeps esse uel concitan-
dos uel loco mouendos: rebus adhuc ea in regio-
ne turbatis: et eo minus quo et is esset exerciti-
bus gratus: tum quia bellicę rei peritissimus erat:
tum etiam quod oportune decenterque bello cuncta
disponeret: cuius rei apprime gratia incolumē
ad id tempus seruatum fuisse nil ambigo: Nam
alias cum Ioanne et Rustico mortem simul obis-
set: nunc uero pre trophęorum per se parthorum
retriorisq; consilii reuerentia: quo in ipso re-
gerendarum discrimine utebatur: depresso pa-
ularum ereptoque demum: permagno illo super-
boque imperatorio nomine: titulum quidem illi

permisit dominari tamen in ceteros uetuit sed
 priuatam iniunxit ut duceret uitam penatum
 se satis iam ratus ex eo per ignominiam exegit
 se: tamen patri in Gubazem sceleris fuisset
 hic particeps: cum itaq; perse quietius agerent
 et haud secus res pacifice essent: ac si facte indu-
 tia intercederent: tunc demum Iustinianus #
 Martino e prefectura electo Iustinum ut pro-
 pinquitate sibi et genere coniunctissimum: ita
 et tunc temporis communi omnium opinione
 percelebrem bysantium ad se euocatum: copiis
 uniuersis prefecit: in cholchiosq; remisit: ut om-
 nibus prospecturum: Cum itaq; Iustinus prefec-
 tus iam omnib⁹ esset: nec perse ut acie decerta-
 turi se ad bellum pararent: neq; in hos romani
 ductarent exercitus: sed sua utriq; custodiis
 tuerentur: et quoad possent consilia inuicem
 explorarent: et neutra pars bellandi initium
 faceret: sed ultro libenterq; conuiesceret. Chol-
 roes persarum rex ubi primum que ad fastidē
 contigissent rescivit: et Nachoragan fuga ex
 acie excessisse: ex hiberia protinus euocatum
 pro patriis legibus scium in modum excrucia-
 uit: non enim satis fore destinatam duxit igna-
 uie penam et simplex aliquod mortis gen⁹ ut

illi inferret: sed a ceruicibus cutem ad unof pedes
detraxit: inuersamq; ita ut et genitalia ipsa inue-
terentur: et comparerent: in utris morem confla-
tam super scopulum quendam ut suspenderet
suis iniunxit: miserabile uisu: et crudelissimum
facinus: quod sane Sauorem illum qui chosroe
in regno precessit: ausum fuisse et solum existi-
mo. Simillima tamen poeta quidam et frigiuf
de Marsia celebriora fecit: qui ubi de arte tibi
canendi cum Apolline contendisset: uictus de-
mum pro ei petulantia: uictori penas has de-
dit: ut ei detractum suspenderet arbori corium:
sed ista quidem poetarum miracula sunt: et fa-
bule ludicra: que utiq; nec uera esse nec decen-
tia hi conspiciant: q; si tibicinam dicant Apolli-
nem factum: et ex arte decertatorem: atq; adeo:
ut post uictoriam sit sic ira euectus: ut indignas
quasdam et furibundas uicto penas intulerit:
quoniam pacto ex ethere hunc comparentem ta-
inhumanum et nefarium facinus oblectauit:
Hec autem tumprimum prisca cecinerunt poetæ:
et ab his iuniores excepta simul decantant: q; s
inter et Nonnus ille ex Pano urbe egyptia ori-
undus poeta: in opere suo quodam quod Dio-
nisia nuncupauit: pauca quedam de Apolli-

ne narrans: non enim precedentium uerborum
 sat memini: ita subsequitur: eo ex tempore quo
 Marsiam Deum impugnantem tibicinem redar-
 guisti: corium arbori suspensum uentis inflatur.
 Quae autem persarum regum postremum id scelus
 ex prisco et poetico illo prodierit: cum non ante
 a fuisse mortalibus cognitum: aperta sunt
 argumenta: et apud eos sat ualida: qui et uetu-
 stissima contemplari percallent: nec ad poeta-
 rum fragmenta illa reiecerint. Sabores quondam uir
 inuisitissimus fuit: et humano sanguine conta-
 minatus: ita Is ferme inflammabatur: et in se
 uiciam proruebat: ad parcendum uero danda
 quae peccantibus ueniam segrior erat: utrum uero
 id scelus in alios prius patrarit: nunc habeo quo
 affirmare id aperte queam: quae autem valerianum
 tunc romanorum imperatorem Is cui fuerat pro
 hunc bellum illatum: uictum ab se uiuumque
 captum eodem modo excruciatum: testis est om-
 nis historia: haud secus et priores illi: futuri his
 rebus testimonio sunt: qui post delectos parthos
 persarum susceperunt imperium. Artaxarxes Sabo-
 resque reges utriusque omnium iniquissimi: siquidem
 alter proprio domino obruncato: per vim et
 tyrannidem sibi imperium uendicauit: Alter

uero a supplicis grauiorib⁹ odiisq; impiissimis
regnandi initium fecit. Sed cum ex interciden-
tibus aliis utem atq; aliis. rursus ad Artaxer-
sem delata oratio sit. Offertur in presenti occa-
sio ea nunc absoluendi. quæ supra dicturos nõ
esse promisimus. et unperatorum qui subsecuti
hos sunt memuisse. de Artaxerse uero quibus
sit parentibus ortus. qua de causa. quo ue mo-
do cydarem in signe regium sumpsit. supra-
satis iam explicauimus. illud tamen adiectu-
ri his sumus. annis octo et triginta ad quin-
gentos post magi Alexandri macedonis pñ-
cipatum. et quaternis post alterius Alexan-
dri mamei. Artaxerxes persarum quemad-
modum diximus suscepit imperium. in quo
annos quindecim. mensib⁹ demptis duob⁹. per-
egit. huic in imperium Sabores ille succedit.
omnium crudelissim⁹. uixit hic unum et trigi-
ta integros annos. et ingentibus iacturis Ro-
manos affecit. nimirum qui regem suum ne-
cando. nil deniq; sibi ad eam rem impedimen-
to fore precogitarat. Is ferme imperium pro-
pagauit. Nam et Mesopotamiorum uastauit
agrum. deinceps finitimos quosq; Cilices. Syro⁹
Capadoces usq; peruadens depopulatus est. et

incredibilem his intulit cladem atq; adeo ut
 abruptas illas et uacuas montium intercapedi
 nes anfractusq; cesorum repleuerit cadaueribus
 complanauerit colles et loca editiora inter seq;
 distantia: ac in his postmodum fertur sic equi
 tasse et peruasisse: ac si montium fastigia in infi
 mo descendissent: hunc igitur cum domum re
 disset nec mediocriter uteretur quæ per impie
 tatem parasset: sed immodica elatum iam in
 solentia: haud longe post ut superbe desineret.

Oenathus palmirinus coegit: uir quidem tum
 primum obscurus et plane incognitus: et qui
 ex illatis Sabori calamitatibus: ex rebusq; ad
 uersus hunc gestis: ingentem retulit laudem
 et priscais plerisq; historicis ut dignus memo
 ria nobilitatus est: mortuo deinde Sabore ho
 ius filius Ormisdares regnum suscepit: uixitq;
 in eo breui admodum tempore post annum si
 quidem unum et decimum diem fato suo per
 functus is obiit mortem: nulla re gesta: quæ
 merito tradi memoriæ posset: post hunc Vra
 ranes: annos tres cum obtinuisset imperium
 eius filius patri non absimile nomen sortitus:
 annos septemdecim in regno permansit: dein
 cept Vraranus tertius menses dumtaxat qua

fnos imperium degustauit: Segandefua ei cogno-
men erat: quod illi inditum non ab re fuisse exi-
stimarum: nec tenere eum uetusti et patrii mori
participasse. Perfarum siquidem reges cum ma-
gnam aliquam nationem oppugnando cepul-
sent: essentq; iam illorum locis potiti: haudqua-
decetero uictos necabant: sed subactos depen-
dere tributa cogebant: et loca inhabitare: ac
captum agrum excolere: primoribus dy-
taxat gentis miserime trucidatis: unde et se-
pe noui principatus et nationis ex nomine li-
beros uocitabant: memoria uti apparet pro-
tropheis iam partis et iactantiae gratia: ubi
itaq; Seganorum gens illa ab Vrarane huius
patre deuicta est: iure et filius pro regia illa
consuetudine Segandefua: id est Seganorum
rex nuncupatus est: hoc confestim deperdito #
Narses imperium annos septem et menses nouē
tractauit: huic Misdates filius in principatu
succedit: patris heres effectus non solum poten-
tiae: sed annorum aequalitatis et spatii: miret-
nanq; id quispiam: patri filioq; annos mensesq;
imperii exactissime fuisse parces admensos: hos
Sobor rex subsequutus: longissimis temporum
spatiis potitus imperio est: cum tot annos re-

gnasset: quot etiam uixerit: hunc mater adhuc
 uentre gestabat: et regni generis successio ad re-
 gnum uocabat: qui ex matre hac nasceretur: erat
 tamen dubius partus: matrem ne paritura haec
 esset an feminam: unde principes omnes et Sat-
 rape pygma magicis uiris ac dona exposuere:
 ut ea de re futura predicerent: gravidam dein-
 de equam produciunt in medium partui pro-
 ximam: iusseruntq; magos super hac prius pericu-
 lum facere: uaticinariq; quodecunq; futurum
 existimarent: hoc pacto se paulopost cognitu-
 ros putabant quo processurae istorum essent de
 equa predictiones: ex hisq; posse se simul ima-
 ginari: hand secus euasura quae de homine et
 mare futuroq; rege predicerentur: quid uero
 magi de equa prenuntiarint nil habeo quod p-
 certo affirmem: sed alioquin sic omnia uene-
 re uti predictum his fuerat: Cum itaq; et cae-
 teri cognouissent uaticinandi artem magos op-
 time percallere: premiserunt reginae qui explica-
 rent quae ipsi non ignorarent futura: hi itaq;
 affirmantibus magis matrem omnino fore qui
 partu edendus propediem esset: nulla interpo-
 sita mora cyclarem uentri imponunt: et uix-
 dum conceptam regem pronuntiant: et nomi-

ne internosci recens formatum. his placuit: quod
utiq; organum eorundem iam suscepisset: ut et pal-
pitaret iam sensim et subsiliret: Sic igitur quod
naturae obscurum est et incertum: pro re certio-
re indubitataq; hi opinando suscipiunt: haud
tamen spes eos fefellit: sed longe magis ad opini-
onem succedentibus rebus: quam opinati iam
essent: assecuti sunt quae sperabant: nascitur
nanq; non longepost et cum imperio Sabores:
in eoq; et iuvenilem agit etatem: et consensit:
nimirum qui septuagesimum annum iam
excepisset: ubi ad quartum eius et uigesimum
imperii annum: Nisibis ciuitas sub persarum
ditionem quae romanorum fuisset peruenit lo-
uiano hanc imperatore prodente: Is nanq;
in ipsis mediterraneis persarum locis eorun-
dem ditionis et iuris: Iuliano repente deperdi-
to per milites exercitusq; et ceteram multitu-
dinem imperator mox declaratur: et quoniam
nuper sibi delatum imperium fuerat: perturba-
tis: uti par erat: iam rebus: et in hostili precipue:
haudquaquam in presentia poterat lentius ut de-
cuisset res ipsas disponere: praesertim ut inde
abscedere cupidus: ne in aliena moram diuti-
traheret: et ad sua quae primum rediret ignomi-

121

nuose et turpiter cum peris paciscitur: conueni-
onesq; facit: quibus uel ad id temporis iacturam
non mediocrem romana res publica patitur: et
nouis quibusdam terminis romanum retra-
xit imperium: idq; cum porrectius esset: et
ultra fuisset antea propagatum: stolide inter-
cidit. Sed quoniam que per id temporis acci-
dissent: pleriq; ex prisca scriptoribus literis
commendantur: haudquaquam mihi his immora-
ri ocium est: sed ad ea progrediamur que di-
cere cepimus. Post Saborem Artaxer germa-
nus frater et regni tunc particeps: quatuor
ubi regnans egisset annos: emoritur: huius
filius Sabor et ipse dictus: annos quinque regna-
uit: totidem uero et geminatos alteroq; adiecto
Saboris filius Vratanes: qui et Cermasat a cer-
ma natione quadam: ut dictum est supra. in
potestatem redacta: haud secius dictus: ac ro-
mani consuevere: qui ab Africa africanum
dixere: et germanicum a germania: et ex ali-
is item alijs denominarunt: post hunc Isdiger-
tes filius suscepit principatum qui et magnus
apud romanos habetur et celeberrimus. Ar-
cadius namq; ferme iam moriens cum more
mortalium sua disponeret: hoc usum custode

ferunt Theodosii filii: et totius imperii curatore:
Is sane uulgatior sermo per priscos posteris pro-
ditus: uel ad hanc tempestatem: ut apud docto-
rita et imperitos sedulo circumfertur: haud ta-
men usquam litteris commendatum comperi-
mus uel celebratum: nec apud eos forte qui
de Archadii morte pleraq; historie tradide-
runt: nisi in Procopii rhetoris scriptis: nec sa-
ne miror hominem qui multa didicerit: et #
omnem: ut ita dicam: collegit historiam: uel
id factum commemorasse: alteri cuiq; prius
forte elaboratum: me uero qui minimam in-
partem haec nouerim: haud quaquam eius rei nar-
ratio ceperit. Sed illud equidem admiratione
dignum existimatum: quod cum haec Procopius
narret: haud tamen simpliciter ut per se cogni-
ta explicet: sed Archadium ipsum laudibus
ferat: quod optimo sit usus consilio: ait namque in #
ceteris cum haud quaquam satis ingeniosum fuis-
se: in hoc solo et sapientem et prudentissimum
uisum: Mibi uero qui id demeretur apparet #
nullam habuisse prima et repentini consilii ratio-
nem: sed rei euentus: quo enim pacto par erat
homini alieno ac barbaro et nationis regibus #
infensissime: alienaeque opinionis: et mentis ui-

ro: nec satis iam cognito: utrum equitatem et fi-
 dem seruaret: quæ carissima sunt commendasse:
 quæ si nihil ille in infantem deliquit: sed huius im-
 perium firmissime procurante se seruabat ut pre-
 sertim cum infans sub mammis adhuc nutri-
 retur: Isdigerres potius benignitatis erit colla-
 udandus: quam Archadius facti: de his uero
 ut senserit quisque sententiam ferat: Isdigerres
 igitur cum alterum et uigesimalium regnasset
 annum: aduersus romanos bellum nunquam su-
 scipit: neque ulla hos unquam affectit molestia: sed
 benignolus semper erga hos et pacificus fuit: si
 ut ita tulerit casus: siue quia parceret puero:
 communibus uel liberos procreandi et legibus
 hoc mortuo: Vratanes filius cum preesset impe-
 rio: in romanos quidem impetum fecit: quem
 cum romanorum prefecti qui ad fines tuendo
 locati erant: amice et remissius suscepissent: et
 confestim iter auertit: Et se ad suos recepit: sine
 ulla uel finitimorum illata agris iactura: Is
 cum annos uiginti regnasset: ex filio alteri im-
 perium tradidit: cui deinde cum in regno an-
 nos septemdecim exegisset: et menses quaternos
 Ptozes in regno successit: uir sane audax ad-
 modum et bellicosus: animique magnitudine pre-

stans: et sic: et cetera mente cogitatione haud sat
constans: et longe plus audacia q̄ consilio pol
lens: in expeditione aduersus Neptalitas inte
ruit: nec adeo hostium robore q̄ eius temeritate:
Nam cum in hostili: ut tuto procederet huic cu
randum fuisset: prouidend: et simul et preca
uendae latentel insidiae: horum tamen oblitus
in insidias statim precipitauit: in scrobes nāq̄
et fossuras cadendo ingenti per campos spatio
in capturam paratas: cum uniuerso exercitu
perit: uigesimo imperii anno uitamq̄ fini
uit inglorius: ut ab vnus turpiter debella
tus: Neptalitarum uero gens ipsa vnica est:
Valens igitur germanus frater deinde ad Re
gnum euectus: nihil est uisus siue domi siue
bello memoria dignum fecisse: non solum qa
mitior esset et placidis moribus: et ad impetuf
temerarios inimicitiaq̄ obrundas non admo
dum promptus: sed etiam q̄ haud diu super
stes: siquidem quaterni dumtaxat anni huic
decurssi in imperio fuerant: Interea uero Caua
des perozī qui perficis agminibus preerat: q̄
multa romans intulit bella: ac sepe de bar
baris sibi finitimis uictoriam retulit: nihilq̄
temporis intermittebat: quin turbis se et peri

clis inuolueret: unde et in subditos sepe defeuie-
 bat et implacabilis erat: ita ut perturbare res
 optime constitutas sat posset: et civili in statu
 res innouare: ac consueta peruertere: ferunt
 preterea hunc legem tulisse: qua iuris essent &
 in communi expositae foenunae: non tamen
 iuxta Socratis Platonisq; instituta: et recon-
 ditas eorum in dictis commoditates: sed ut
 cuius ex lege liceret ad quamuis animus
 ferret accedere: priuatiq; thori participare:
 uel si alteri denupserit mulier: et in alterius
 esset hec potestate: unde id sequebatur: ut iu-
 re et crebro ea in re peccare quis posset: Sed
 primoribus ipsis apertius id molestie ferenti-
 bus: nec esse existimantibus id iniurie tole-
 randum: ea lex regi et insidiarum et exilii
 precipua causa fuit: siquidem conspiratione
 facta insurgentibus uniuersis: principatu hic
 statim deponitur: undecimo postq; regnare ce-
 perat anno: et in obliuionis praesidium trudit:
 Imperium uero ad Zambasem transfertur: et
 hunc perozo progenitum: alias tamen huma-
 nitate iustitiaq; pollere sat uisum: hoc pacto
 illi rebantur recte sibi praecta iam omnia: ut
 decetero possent faciliter et per delicias uiuere

Canades uero e presidio breui euadens: siue ut #
scribit Procopius. uxore ad id doli uiuante. ut
que uiri uitam pretulerit siue. siue ut alia sciq;
ad Neptalitas se contulit: imperatoremq; supplex
adiuit: tum ille ubi animo agitallet. temerario
fortune casus: hunc per q̄ benignè suscepit: hor
tatus ut bono animo esset: et demeret prorsus
in se conceptam molestiam: Imprunusq; eblandi
endo et q̄ optime admonendo: mensamq; opi
mam dubiam et lauiorem cum caritatis de
xteritate quadam apponendo: donandoq; ue
ste perlucida et ampliore: que omnia sunt ad
ueram hospitalitatem promptissima argumen
ta: ad meliora deniq; sperandum confirmat.
et paulo post filiam hospiti in uxorem despondit:
traditoq; ei exercitu ad reditum ualido: remi
sit in patriam: ut obuios quosq; et resistentes di
sperderet: ac pristinam recuperaret fœlicitatem:
verum ut arguatur longe alios plerunq; habe
re res ipsas euentus: ac sit hominibus usum:
id ipsum quemadmodum explicatum est con
tigit: Et sane ad utrosq; et uarios fortune hos
impetus motusq; longo interuallo distantes: #
Cauadis vita expendebarur: et temporis spatio
mediocri: quandoquidem ex pristino illo et

imperatorio statu reus sit et captiuus effectus: et
 ubi e carcere demum euasit fugitiuus: et muta
 ta ueste redditus hospes: regisq; gener et coniunc
 tissimus: moxq; ad patrios lareſ descendens: si
 ne labore et periculis: haud secus regnum rece
 pit ac nunq; amiserit: uacuumq; id et se perin
 de operiens repperit: Zambales nanq; cui id tra
 ditum fuerat: uolens quidem regio huic thro
 no concessit: et imperium censuit per se relin
 quendum: in quo quaternos annos cum uo
 luptate uixisset: idq; renuere ex animi magni
 tudine et sua cum gloria maluit: et priuatam
 cum securitate uitam deligere: quo factum est
 ut necessitatem ipsam optimum preueniret con
 siliu. Cauades uero iterato potitus imperio
 ad priores et undenos monarchie iam annos i
 principatu alios triginta permansit: Sed que
 huic uel antehac uel impostherum accidissent pri
 scis illis et sapientibus in historie modum ela
 borata et prodita sunt: que uero uetustiores illi
 reliquerint: et transmittenda posteris essent: ut
 cognitiu necessaria: uel superioribus gestis per
 eum rebus: factu optimum ducerem si adderen
 tur. Ceperit tamen nonnullos forsitan admi
 ratio: q; hisdem illis fere temporibus: tam apd

romanos q̄ apud persas: permulta et similia q̄
dam acciderint: tanq̄ sponte sua in utraq; re pu
blica aduersus imperatores sinistra tunc quæ
dam fortuna ingrueret: Siquidem pauloante ze
non ille hisaurus romanorum imperator: qui et
Tarasis codicus uocitabatur: per illum basilium
basiliscumq; et cononem: in insidias precipita
tus: enixissime ad id Berine coadiuante: ubi
ex imperio excidisset: cæctus exterminatusq;
demum uix in hisauriam abiens salutem inue
nit: postea uero in imperium restitutus Basili
seo annos duos tyrannidem exercente occiso:
dempto illi imprimis regio insigni: rursus po
tius imperio: uniuersaq; moderando: non ad
multum temporis cum regnasset: uita excessit:
haud secus et nepos in occidente cum imperare
simillimis quidem est sed longe maioribus in
uersatus calamitatibus: ab Horestæ nanq; elu
sus ex italia profugit: regiamq; uestem et tra
beam semel depositam decætro nunq; resump
sit: sed inter priuatos uiuens occiditur: Sic ita
q; eo tempore reges et principes temeraria qua
dam et aduersa fortuna immutabantur: Si
qui uero cur hæc fiant quesierint: rerum prin
cipia reconditarum scrutati: quancunq; ut lu

bet prostrant causam: mihi uero ea sunt repetenda: unde primum facta digressio est. Cauade # itaq; mortuo. anno Iustiniiani imperii quinto: # Chosroes apud nos maximus ille paternum suscepit imperium: resq; eximias gessit: quas thetor Procopius et prior quidem historie demandauit. cetera uero que ille ommissit: partim nobis sunt explicata: partim subsequenter explicabuntur: quoad temporum continuatio ipsa exactissime obseruetur: Sed illud in presentia dixerim: per octo et quadraginta iam annos quibus potitus imperio est: quam multa hunc retulisse uictorias: et eo magnitudinis # euasisse: ut nullus priorum apud perlas regu fuisse huic similis comperiat: uel si cum singulis cum quis conferat: ne cyrum dicam # canbyri huic parem facturum sit: sed ne Xersem ipsum: quem mare ferunt contabulasse: eqtabileq; id reddidisse: et nauigabiles montes: C hosroes itaq; et si sua magnitudine ceteros antecellit: int e tamen est exitum ut calamitosu et inglorium nactus: ita et alienissimum a sui temporis principum sine. Is nanq; cum in terca circa carduchios montes. estiuo tempore in thamanorum uico quodam uitandi #

estus ob gratiam et oblocorum temperiem sece-
dendo diuersaretur. Mauritius pauli per Tibe-
rium constantini romanorum imperatorem ori-
entalibus copiis preesse iussus in Arxianum #
agrum incursionem demprouiso fecit: qui ut
q̄ contiguus erat: circumiectis inco ubi rex
erat: persarum castellis et agris protinus et #
intrepide deuastatis Zirna flumine traiecto
in anteriora processit: et proxima queq; depo-
pulatus: igne demum succendit: cum is itaq;
armis igneq; omnia peruastaret: Chosroes ipse
(non enim longius aberat) q̄ ut in altum euect
tam lateq; diffusam flammam intueretur: ho-
stilis perinde incendi insuetus: haud qua q̄ #
cuius prospectum tulit: unde pudore simul ac
formidine percitus: nec hostibus obuiam iuit
nec quoq; pacto iniuriam uindicauit: sed pre-
termodum ex ea clade dolore ingenti percuss^o
ac sui prorsus desperans: morbo statim insana-
bili quodam corripitur: unde q̄ celerrime a
suis per manus elatus ad Seleuchiam Ctisi-
phontem regiam fertur: et in fugæ morem fac-
ta discessione: non longe post uitam finiuit: Ip-
se uero haud qua q̄ satis intelligo: quoniam
modo orationis decursus me cæperit: quæ

ut equidem reor: rerum gestarum admiratione &
 uoluptate prouecta: eo me petulantiae duxit: ut
 quae in medio explicanda fuissent omissis: ex
 terna quaedam et aliena meminerim. Nunc igitur
 ubi mihi sat constat: quousque peruenerim: et un-
 de digressus sim: his pretermisissis: ut suis locis
 postmodum describendis: ad ea me referam quae
 priora illa et subsequi et cum his contineri faci-
 le uidebuntur: quandoquidem siue persarum
 successiones imperatorum: siue armorum nu-
 merum et summam ut dicam: siue quodcumque
 dicturum me pollicitus sum: ad finem perduxit:
 nil equidem ambigam ut ueriores haec me con-
 firmasse: et in his perscrutandis diligenter ela-
 borasse: ut quae ab archiuis et persicis libris de-
 sumpserim: Sergius namque interpres ille me de-
 precante: ubi eo ad persas se contulit ab his
 quibus persarum annalium fuerat custodia
 demandata: petiit supplex: ut de regum ge-
 stis sibi traderet monumenta: et causam pro-
 tulit: non alterius rei ob gratiam ea se uelle ni-
 si ut apud romanos etiam litteris commenden-
 tur: quae apud se cognita essent: et magni mo-
 menti facta: quae utique illi et recte quidem pe-
 tenti mox Sergio tradiderunt: rem fore non

insuauem tari: sed suis magis rebus. ad gloriam
concessuram. si futurum esset. ut uel apud roma-
nos non incognitum foret. quales ipsi quantiq;
fuissent. utq; apud se gentis seruata series sit:
Sergius itaq; ut nominibus ipsis. ita et tempor;
interuallis. et ex his quæ per hos gesta fuisset
oportuniorib; quibusq; exceptis e persicq; in
grecam linguam ornate traductis. ad me om-
nia quæ ab se deposteram detulit. permisit
q; ut causam ad uerum absoluere. ob quam
ipse a persis ea acceperat monumenta. quæ iã
ipsi ad finem perduximus: Erat nimirum
Sergius ille interpres omnium prestantissim;
et quem chosroes rex ipse maximi faceret. quia
ut in greca ita et persica lingua. et in ea esset
interpretandi arte facile princeps. de cauade
autem rege siqua forte Procopius rhetor ali-
ter edidit. nos tamen persarum scripta seque-
da potius duximus. et his innitendum quæ
ex eorum scriptis produntur. Nunc itaq; ubi
tantum laboris ad finem deduximus. agedi
ad continuandam historiam redeamus. quã
de rebus apud Lazos tunc gestis oceptam
iam interscidimus. ut ad hæc ueniremus. Na-
choragan igitur. cum ob morum ignobilita-

tem et turpem in hiberiam fugam: tum ob debel-
 latum per romanos quem ipse ductarat exerci-
 tum crudelissime discruciatu interit. Chosro
 es uero cum animo agitasset haud quaquam se pos-
 se in cholchico agro romanis obsistere: uel ma-
 re ipsum tenentibus: quo exercitibus necessa-
 ria transuectabantur: cum longe aliter ipse
 ut longis desertisq; itineribus ita et per bai-
 los homines onerariq; uimenta: summa dif-
 ficultate per pauca cibaria mittere suis copi-
 is cogeretur: decreuit non decreto sibi cum
 romanis bellandum: ut itaq; pax non locis q;
 busdam et ad breue prescriberetur: neue non
 diu esset ut imperfectior permansura et mu-
 tilata: sed eodem tenore ubiq; confirmaretur:
 ad Iustinianum oratorem Bisantium mittit:
 persam uirum inter caeteros facundissimum.
 Zichilli erat nomen: qui ubi ad Imperatorem
 peruenit: multis ulro citroq; dictis in id de-
 niq; conuentum est: ut Romani Persaq; ea te-
 neant quae in agro lazorum belli uire cepis-
 sent: sine castella sine praedia forent: neq;
 de his impostitum certaretur: nisi maius ali-
 quod interueniret rei principium. Zich itaq;
 rebus pro suo et oratoris officio hoc modo per-

actis ad sua se contulit: hæc ubi exercitibus nū-
tiantur ad multum temporis quieti et sine ullo
prorsus bello mansere: et quod sponte antehac
fecerant ex pacto fuit tunc protinus con-
firmatum.

LIBER QVINTVS

UM INTEREA HÆC NA-
tiones numero ac magnitudi-
ne sua prestantes: armis ex-
conuento depositis iamdiu
conquiescent: atq; adeo ut
nihil prorsus in inuicem moli-
rentur: Zannorum gens ea-
que sub notum uentum in Euxino mari sub
Trapezuntium incolit loca: et si sub romanorū
ditione tunc esset: eius tamen pars quedam
maiorum suorum uestigijs sic insistebat: ut
inconuenter et perditè facere haud sat nosset:
quidam uero optimarum rerum constituti-
one omissa: predonum in morem uiuebant:
excurrentesq; circa pontum loca: agros qdem
populabantur: uia toresq; iactura afficiebant:
in Armeniamq; transgressi multa diripie-
bant: unde nihil his alienius erat q̄ ueris

cum hostibus bellum inire. mittitur igitur ad
 eos Theodorus eiuſdem nationis et gentis. qui
 post Iuſtinum inter ceteros obtinebat romanorū
 prefectos primatum: et eorum locorum ſcientiſ-
 ſimus eſſet: et unde nam fieri inſultus poſſent
 ubi ue ſtationes firmari: et quemadmodum per-
 ueſtigandi hoſtes eſſent: ſatis calleret: cuius rei
 gratia per Imperatorem Iſ. et non iniuria iuſſus
 aduerſus Zannos tendebat. Motus itaq; e chol-
 chico agro caſtris: cum uniuerſis copiis extra
 ſalidem Fluvium fines tranſgreſſus: occidente
 iam ſole in penultiſſima tunc hoſtium loca deſce-
 dit: caſtrisq; inter Theodoriadem urbem et Ri-
 zcum locatis: foſſaq; exercitui circumducta zā-
 norum partem que perſuſſet in amicitia: qui-
 eriorq; manſiſſet: neq; adhuc deſcuiſſet: mune-
 ribus ad ſe reuocando donabat: et his bene con-
 ſultum fuiſſe gratulabatur: qui nero iam deſe-
 cuſſent: rupiſſentq; impudentius federa penis
 afficere mox debellando parabat: Iſi uero nul-
 la interpoſita mora: ad romanorum munio-
 nes uenerunt: in proximūmq; collem et emi-
 nentem magna hominum coacta iam multitu-
 dine: in Romanos et in dextrum latus iacu-
 labantur: ſagittasq; imittebant: ita ut ex im-

prouisa illorum repentinaq; audacia uniuersus
perturbaretur exercitus: multi tamen e castris
in hostes promptissime ferebantur: sed incompo-
siti et nullo ordine procedentes: nec tam diu mo-
rati ut in campi planiciem hostem perlicerent: sed
uersis in barbaros clipeis et supra caput elatis:
collis dorsum subire admittantur: Tunc Zan-
ni ex edito frequenti impulsu lapides proi-
uendo excutiendoq; tela facile hos repulere: ir-
ruptioneq; facta ad homines quadraginta in-
terfecerunt et in fugam ceteros mox auertere:
elati itaq; barbari pro re bene exasperato gesta
q; proxime ad romanorum munitiones copias
applicarunt: ibiq; fortiter et diu bellatum: his
in castra ut penetrarent nitentibus et uniuersos
ut manu comprehensos protinus inuolarent:
illis ut indecorum ac turpius fore existiman-
tibus: nisi euestigio hostes propulserunt: uel hos
funditus perdant: Sed utriq; se inuicem com-
pellendo inuitendoq; consertis iam manibus
nil prorsus pro animi magnitudine memoria
dignum gessere: sed pari Marte iam diu decer-
tabatur: strepituq; multo permixto clamore
omnia complebantur: nec cuius partis uictoria
esset dignoscebatur: Theodorus uero romanorū

prefectus: ubi primum hostium animaduertit rei
 bellicae impericiam q̄ iniquo loco nec satis tuto
 preliarentur: nec multis ex partibus castris
 insisterent: sed unum in locum omnes iam in-
 clinassent: iussis qui circa se erant: ut pro loco
 manerent: et hostes in faciem oppugnarent:
 e suis q̄ maximam partem ex occulto decuma-
 naq; porta in barbaros incursuros emittit: q̄
 clam profecti: ubi his in terga comparuerunt
 clamore ingenti simul sublato tubisq; in bel-
 lum cientibus: confestim elisis: hostes turbarūt.
 Zanni itaq; tunc aliud nihil uel circumspicere ≠
 uel sibi consultum malle q̄ per ignauiam fu-
 gam capessere: quos statim fugientes insecta-
 ti romani: pre formidine ementes iam reddi-
 tos facillime obtruncabant: Ex his igitur duo
 milia ceciderunt: qui reliqui fuerant diuersi-
 palantes deferebantur: Theodorus itaq; uniu-
 sa gente in potestatem redacta: Imperatori que
 gesta fuissent significauit: sciscitantiq; quid
 de his fieri placeret: ut his tributa imponeren-
 tur iniunxit: annis singulis imposterum per-
 soluenda: ut ex his intelligerent se subditos
 fore: et uectigales: et sub nigram penitus mis-
 sos: unde recensiti mox omnes descriptaq; tri-

buti pensione degrauabantur et eo ex tempore
ad hanc nostram etatem romanis hi uectigal
pendunt. Iustinianum uero imperatorem ex om
nibus rebus per suos egregie gestis hys maxime
oblectarunt. siquidem in lege quadam e suis
et priuatis ex legibus quas nouellas nos dici
mus. cum alias recenseret iam partas uictori
as. uel huius gentis precipue meminit. hunc
igitur ^{huit} zannorum insolentia exitum et Theo
dorus ad Lazorum se loca recepit. Paulo anteq̃
hæc gererentur iterato Bisanti uebementer
adeo terra mouit. ut omnis fere collapsa ciui
tas sit. hunc terre motum et alter tante mag
tudinis insecutus. quante ut reor. nunq̃ ante
hac fuerit. nimirum qui sit ex estuantibus aq̃
salientisq̃ perseverantia factus. et sane eo hor
ridior uidebatur. quo et pleraq̃ periculosius
occurrerant. Exierat namq̃ autumnus iam tem
pus. et pro nominibus ex romana consuetudi
ne symposia peragebantur. frigus tunc erat
quale per id esse tempus decebat. solq̃ in occi
duum uergens in egicornium deferbatur. Cui
interca circa medietate noctis custodiam ciuibus
altiore somno detentis et iam quiescentibus
de repente id malum inuasit. atq̃ adeo ut a

fundamentis omnia quaterentur: motusq; ipse &
 si a principio statim uolentissimus fuit in mai⁹
 tamen continenter excreuit: ita ut alio item atq;
 alio addito ad id incremento: in unmensum eua
 deret. Demum itaq; omnibus excitatis: euilat⁹
 undequaq; complorationesq; exaudiebantur: &
 uox item illa quæ in eiusmodi malis efferr
 sponte ad deum solet: nam sonitus quidam gra
 uis ferusq; perinde tonanti e terra stridor frã
 goraq; remittebantur: emissiq; uentorum turbi
 nes subsequiebantur: et terrorem ingeminabant
 pauentibus: siquidem terrestris spiritus qdam
 atra cum nebula: nescio quo pacto sursum uer
 sus expulsus descuebat: ut turbulentior et so
 notus: quo territi homines et pauore correpti
 mente quadam torpidiore e domiciliis proru
 ebant: tum publicæ angustioresq; in e multitu
 dine complebantur: tanq̃ non domi deperituri:
 si pereundum iam esset: Nam frequentia et con
 tinuata connexaq; inuicem eius urbis ædificia
 sunt: atq; adeo ut uix locum sub diuo situm
 apertumq; et omnino non adiacente ædificio
 altero uacuum reperiat quispiam: Sed alio
 quin cum ad superiora dirigrent oculos et
 utcunq; cælum spectarent: deumq; hoc pacto de

precarentur: summitti timor animi omnis et per-
turbatio deniq; sensum his uidebatur: et perinde
leuiter cadente nuue irrigabantur: algore iam
degrauati: haud tamen uel ita affectu: tecta &
iterato subibant: ni forte sacras aedes inissent
nonnulli: eodemq; prouoluti: ex deo opem &
deposcerent: uidere tunc licuisset feminariū
uim maximam nec infimae sortis: sed familiae
honorantissimae cum uitis simul deferri: et
turbae intermisceri: omnemq; ordinem et pu-
dorem confundi: ac cuiusuis conditionis ho-
mines pre formidine sine ullo discrimine pro-
culcari: dominos preterea serui aspernabant:
nec dicto parebant: cum maiori quodam ter-
rore uicti se in templa reciperent: haud secus
inferiores priuatiq; homines magistratus ge-
rentibus sine ullo honoris respectu permixti
iam aderant: ut ex communi omnibus inci-
dente periculo: uniuersis existimantibus se
non longepost perituros: frequentiores ea sunt
nocte cunctae domus et presertim in regio: &
urbis arx regium est: q̄ multa preterea et in-
credibilia contigere: nan alibi forte siue lapi-
de tecta siue ligno edificata: uelut renunti-
ata compage: hiancia: abinuicem diuelleban-

tur: ita ut æther inde astraq; nul secus ac sub
 diuo conspicerentur: et mox simul iterato in
 pristinam compagem coibant: alibi uero co-
 lumnae e superiori domicilii loco firmissis collo-
 catae: uolentia ex æstuantis motus depulsa
 excutiebantur: superuect. eq; proximal aedes
 ad eas que longius aberant ueluti tormento
 emisse cuehebantur: et fragore ingenti omnia
 conterebant: alibi uero horribiliora accide-
 rant: sed alias sepe et superioribus temporib⁹
 facta: et ut imposterum fiant necesse est: #
 quoad usq; terra hæc persistet et humane na-
 turæ peccata: tunc tamen in maius omnia
 occurrerunt: nam et e turba magna ius ho-
 minum et obscuriorum interit: ex his uero
 qui senatorum numero essent ascripti. Solus
 Anatolius perit: uir sane consularis digni-
 tatis honoratissimus: ad quod accedebat: q;
 imperatoris domus ut curam susceperat: sic
 et bonorum esset procuracionem omnium #
 nactus: Is itaq; cum in suo et consueto lectu-
 lo conquiesceret: marmoris iuxta se frustra
 cubiculi edificio fixum pulchre ac decenter
 elaboratum: qualia parietibus solent ad or-
 natum et ostentationem non ad necessitatem

per eos affigi: qui istiusmodi superuacaneis inhi-
ant rebus: et non admodum necessariis orna-
mentis. Et a igitur saxi moles pre terra nimio
motu diffracta lassataq: et e pariete pulsa:
huic in caput concidit dormienti et plane co-
triuit. Anatolius uero tanta mole oppressus
ad id modo suffecit: ut grauter ex cordeq: in-
gremiscens: eodem tamen in lecto procumberet
motibundus: hęc noctu: die autem comparen-
te: perq: libenter se inuicem ciues contuebantur:
cum obuiam offerrentur amantissimi quiq: &
familiarissimi: complorationeq: mutua ceterę
se turbę insinuantę alternisq: singuli pro da-
ta redditaq: ultro salute et si sui iam desperan-
tes: noluptate afficiebantur. Interea uero dū
Anatolius ad sepulchrum effertur: e plebe ho-
mines quidam: ut fit: dicitare: non iniuria
eum hoc mortis genere fuisse affectum: quippe
qui et iniustus fuit: et q̄ multis multa
subtraxerit: et facile confirmare: descriptas il-
las per eum tabellas et suppuniceas uestes: huic
sibi demum exitum habuisse: quas sub prete-
xtu in imperatorem beniuolentię in domos
felicium frequenter congesserat: et hac uia
sibi omnia uendicasset: uiolassetq: impudenti

simul et frugerit quae testamento mortui dele-
 gassent: abire in rem malam legibus iustis: quae
 liberos uelint in paterna substantiae heredita-
 tem succedere: istiusmodi uulgus summurmu-
 rando: tanti casus compertam habere se causam
 opinabatur: ipse uero quod affirmem nil habeo:
 cur illud acciderit: esset nimirum istae terrae mo-
 tus ut peroptabilis: ita et laude dignus: si a
 probis secerneret improbos: et hos quidem ma-
 le deperderet: illis uero et bene uellet et indul-
 geret: Sed concedamus hunc iniustiorum fuisse:
 At erant et alii in urbe quamplures huius simi-
 limi: uel forte longe plurimum nequiores: et
 alioquin hic de repente abreptus est: illi impi-
 nes mansere: non itaque uel satis patere: uel fa-
 cile esse id cogniti dixerim: cur Anatolius
 ex omnibus unus sic uita excesserit: Si quidem
 Plato maximum eos in modum miseros esse: et
 infelices affirmet: qui ubi uitam pessime duxe-
 rint: peccatorum non statim poenas hic luant:
 siue mortis genere aliquo et uiolento: siue ut
 alias cunctaque excruciat: sed hinc ita abcesserint
 quemadmodum et stigmatibus affecta serui-
 cia commissorum facinorum liuoribus ma-
 culati: neque hic saltem ut repurgarentur: id re

taletur lucri q. si id concedatur. felicior lon-
ge futurus is erat. qui tunc simul cum cete-
ris morte afficeretur q. qui saluus euaserit.
Sed hac de re sentiat quisq. ut lubet. Ipse uero
priora illa et intermissa. resumpserim. Tunc
igitur et deinceps dies q. plurimos terra. mo-
uit. breuior tamen. nec qualis tunc primum.
hic motus inuasit. sed ualidus. alioquin. ut
qui reliqua. quae Bisantii essent. concuteret.
Tum portenta. mox quaedam. et predictiones
absurde. in uulgus. temere. diuulgari. et mun-
di hanc machinam. predicari. q. concitatissime.
collapsuram. Nebriones. praeterea. quidam. et
deceptores. ueluti diuini. quidam. et uates. s.
sponte sua. circumire. et sibi. uisa. predicere. ter-
roresq. multis. incurrere. quibus. facile. poterat.
ut. antea. territis. persuaderi. hi. itaq. sine. in cal-
sum. furere. et. prauo. exagitari. demone. se. simu-
larent. grauissima. quaedam. passim. iactabant.
tanq. ex. adnata. sibi. prauorum. demonum. spe-
cie. fuissent. futura. edocti. deq. suis. admodum.
furis. iactarentur. Alii. praeterea. astrorum.
decursum. figurat. animo. agitantes. maiores. ca-
lamitates. et. perinde. communem. rerum. cuet-
tionem. fore. significabant. itaq. terrore. omnes.

percellebantur: Et sane solet hominum istimo-
 di: et e turba examen: grauioribus semper in re-
 bus: ut pauefacti renasci quodammodo et im-
 mutari: sed illorum utrunq; id et recte menti-
 tum est uaticinium: Erat nimirum: ut puto:
 pernecessarium impietatis reos hos fieri qui
 talia somniarent: et nullam deo relinquerent
 rerum cognitionem: Eorum tamen nemo qui af-
 fuissent sibi non admodum formidolosus ter-
 rore obstupescerebat: unde et supplicationes pu-
 blice facte: hymniq; supplices uniuersis astā-
 tibus ad id unum coactis: exaudiebantur quā-
 etiam quae uerbotenius antea laudassent: sed
 factis rariis confirmassent: tunc mira cum
 animi promptitudine exequiebantur: equita-
 tem praeterea uniuersi in suis comercis prefe-
 rebant: ita ut uel principes ciuitatis lucri cu-
 piditate reiecta: ex lege causas iudicarent: tū-
 alii item: etsi potentes: taciti secum quiescere: et
 iustioraq; facere: et a turpissimis abstinere: nō
 nulli nero immutato prorsus uiuendi more:
 solitariam potius uitam et in montibus duce-
 re maluerunt: relictis honoribus pecuniisq;
 et eiusmodi ceteris quae suauissima ducunt
 mortales: uel forte in sacras aedes sacrosq; uiros

collatis: noctu preterea primores urbis publicas
circumuecti uias: abunde cibis uestituq; miseris
quosq; et calamitosos donabant: quorum pleriq;
ut corpore mutilati in terram proiecti necessaria
tunc forte emendicabant: hæc ferme per temp^o
aliquod gesta et q̄ diu recens timor incubuit: po
stq̄ uero sulleuari patumper discrimen est ui
sum: confestim ad pristinam rediere pleriq; con
suetudinem: dum enim necessitas urget: et for
mido ingruerit: quæ rectiora sunt factu utcuq;
et leuiter degustamus. Tunc demum de uento
rum exalationibus q̄ multa ultro citroq; discep
tati mox ceptum: et in conuentibus ipsis Stagi
retes quidam precipuus habebatur: Is nanq; cum
de his pleraq; et affatum ac rectius forte eloque
retur: nunc terre causas motus interpretabatur:
nunc quod in uero esset minime peruidebat: non
nulli uero ut Stagiretis confirmaturi opinione:
q; spiritus densior quidam et fumidus sub terre
concauitatibus coaretatus: hos faciat mot^o pro
posuere ocepto sermone: quod Arthemius qdam
fuerat emachinatus: cui Tralles ciuitas patria
fuit: Ats uero machinatorum inuentiones ⁊
qui linearem contemplationem ad materiam
traducendo: imitationes nonnullas et perinde

idola rerum existentium operantur: Is itaq; ma-
 chinationum huiusmodi peritissimus erat: et
 ad mathematice artis summum haud secus per-
 uenerat: ac eius germanus frater Methrodor⁹
 grammaticae artem tenebat: Ipse uero beatio-
 rem hanc duxerim matrem: quae uariae disci-
 plinae plenissimum semen ediderit: haec namq;
 non solum hos genuit: sed olympium etiam q;
 se ad legum exercitationem et fori iudicialis
 contulit disciplinam: post hunc Dioscorum
 Alexandrumq; utrosq; artis medicae peritissi-
 mos: quorum alter et Dioscorus in patria suae
 artis consideratius opera edocendo uixit: Al-
 ter urbem antiquam romam honoratissime ac-
 citus incoluit: Arthemii tamen et Methrodo-
 ri cum gloria quaq; diuagaretur: ad ipsum de-
 mum imperatorem petuenit: vocati igitur: ubi
 se bysantium contulere: eodemq; omni uita pe-
 racta: maximum in modum utriq; specimen
 praese uirtutis tulissent: celebritatem sibi et
 gloriam compararunt: cum alter tam magno
 inuenum caetus: et sane nobilium erudiret: h⁹
 ipsisq; pulcherrimam doctrinam impartiret:
 ut ad eloquentiae studium desiderium uniuersis
 iniecerit: Alter uero ut in hac urbe ita et

alnis multis in locis mira quaedam et plane in
gentia factitaret: quae utiq; et si silentio preteri
mus: huic tamen quandiu iuxerit ad memo
rabilem sunt gloriam suffectura: Illud uero #
cui⁹ ob gratiam huius uiri commemorari mox
explicabitur. Erat bysantii Zenon quidam
et rhetor: alias tamen ut clarus: ita et impe
ratori notissimus. Is Anthemium q̄ proxime
habitabat: ita ut utrisq; iuncta esse domicilia
uiderentur: hisdemq; fimbis et canali uno #
dimensa: temporis haud longo post interual
lo inter hos difficilis altercatio nata: siue alte
rius et mathematici perspicacia: ut antehac
insueta: siue nouo ex edificio quod nimis in
altum prouerteretur: et lumini contiguae dom⁹
officeret: siue alia quamis de causa: ut sepe in
ter uicinos fit et proxime habitantes. Is ne
cessario oritur: Anthemius cum ab aduersa
rio ut causas procurante: dicendi arte perui
ceretur: et minus posset illius eloquentiae simi
li uerborum uel vi uel ornatu obsistere: sua
ex arte hunc in modum illati meroris uicem
Zenoni reddidit. Domum excelsam habebat
zenon et amplioem pulchramq; et curiosius
ac uatio quidem ornatu exstructam: in quam

multos uisendi cenandiq; causa introducebat &
 hos amicissimos: eius domus pars inferior qua
 dam ad solum Anthemi erat: ita ut intermedi
 um solarium esset: et desuper tectum: in inferio
 ri igitur parte et sua Anthemiuis lebetes magnos
 aqua plenos per domus spatia diuersim diu po
 suit: his ex alute fistulas exteriori ex parte &
 circumdedit: et latiores quidem ut totum le
 betum circulum complecterent: deinde in tu
 bae spetiem illas summisit in altum: ita ut ex
 proportione sua desinerent: extremaq; fortiter
 ad tigna et tabulas obfirmavit defixitq;: ita &
 ut conceptus his aer libere per eam uacuitate
 euaderet: solariumq; pertingeret nudum: et
 ut erat necesse intra fistulas ipsas circumfer
 retur: nec quoq; pacto efflueret: his itaq; ex
 occulto sic constitutis: sub lebetum fundum mt
 tum ignis subiecit: ingentemq; excitat flam
 mam: tunc demum aqua subsiliente exestua
 teq; vapor multus elatus: per fistulas in altu
 serpebat: citus et densior: cumq; non haberet
 quo alio effunderetur: per has reuolutus et an
 gustia pressus: uiolentior sursum uersus im
 pellebatur: ita ut cum ad solarium offendisset
 iterato deorsum simili uiolentia deferretur

qua reciprocatōne sepius facta sic domus tota
concuſſa eſt et commota: ut ſenſim hec tremere
et ligna ſtridere inciperent: qua ex re qui apud
zenonem forte tunc aderant obturbati omnes &
tam grau malo perterriti: diuinam implorantes
opem: et cum ingenti clamore ſe protinus in pu
blicum e domo proripuerunt: unde factum: ut
cum paulo poſt ad regiam ſe Zenon conferret:
notos rogarit quid de terre motu recens factō
ſentirent: nunne eorum quiſq̄ extimuiſſet: tum
illis meliora ut diceret imperantibus: et respon
dentibus: nec factum eſſe: nec fieri ſe cupere: ciq;
inſuper ſuccenſentibus: qui talia ut fugienda
ita et ſiniſtra perinde portenta narraret: nihil
habebat quod ad hæc cogitare nedum respon
dere ſat poſſet: nimirum qui nec ſibi ipſi diffi
dere poterat: et in his precipue que nuper calle
ret fuiſſe omnino facta: et ſatis pudebat perti
nati et diu uelle cum tot uiris iurgari ita ſe
inculſantibus: hec itaq; et pluribus repetebant:
qui uentorum reſlationes inflatoresq; ſpiritus
quatientis terre originem dicerent: id ſedulo
affirmantes. Cum enim machinator ille eius
terre motus cauſam cognouiſſet: et ipſe ſimi
le quiddam effectit: arte imitatus naturam.

Mihi uero similia ueri ista uidentur uel utcūq;
 elegantius adinuenta: non tamen eorum que
 in uero fiebant certiora signa uel argumenta:
 neq; enim quia catelli minutuli ista et melitei
 uel leuissimo quodam incessu solaria quatiūt:
 eam rem huic quis similem dixerit: uel hoc ut suf-
 ficienti utetur is argumento: sed illa quidem ei⁹
 machinationis ludibria nec uana omnino sūt:
 nec insauua quidem putanda: Materie autem
 defectus quærendæ simul decenter et cause sūt:
 nec sane id solum Antixmius est in Zenonem
 machinatus: sed hui⁹ præterea domum fulgori-
 bus simul et tonanti fragore repleuit. Is siqui-
 dem lapideum orbem in speculi speciem compara-
 tum: excavatumq; leniter: ac solis oppositum
 radius splendore complebat: moxq; in quos uel-
 let inuertens: tantum his intorquebat fulgorē
 ut et oculorum aciem hebetaret et uisum perfiri-
 geret. Excogitauit præterea organorum quo-
 rundam attritiones collisionesq;: ex hisq; crepit⁹
 sonoros quosdam et uiolentos edebat: et plane
 tonantes: ac tanti fragoris: ut sensus hominum
 pauefaceret: atq; adeo ut cum Zenon ipse uix
 intelligeret unde nam ea prodirent: ad Impera-
 toris pedes in conspectu omnium prouolutus

uicinum Anthemium improbitatis et iniustitiæ
incusarit: et ea animi concitatione ut ira commo-
tus ioculare quippiam eloqueretur: et poetica quæ-
dam mox decantaret: astanteq; senatu et perin-
de irridens proclamitabat: haud quaquam se solū
et hominem posse aduersus fulminantem Iouē
grauitonantemq; ad hęc et terram ipsam con-
cutientem pugnare: et sane sunt non inueni-
stra quæ ea ex arte ludrica fiunt: haud tamē
talia: ut ex his uel imitari naturam queas uel
huic ea simillima reddere. Sed de his quisq; pro
arbitrio sentiat: mihi uero ad ea quæ narrare
iam cæperam redeundum. Per eam itaq; hęc
mem in his malis ciuitas uersabatur: adeo ut
ad plurimos dies terra uisa sit commoueri: et
si minus concuteretur: insederat id hominum
mentibus: et suspitio incrat animi cogitatus
obturbandus. Imperator interea ædificiorum ple-
raq; quæ uel putrentia uel debilia essent: uel for-
te prolapsa instaurare adnitebatur. Sed curæ il-
li precipue fuit dei maximum illud et egregium
templum: quod antea ipse per populum quondam
incensum: conspicuum et admirandum iterato
extruxerat: et ut pristina magnitudine excel-
lentius: ita et formæ decore et metallorum

uarietate ornarat: contexeratq; cotto ex latere
 calceq; ferro plerisq; in locis constrictum et colli-
 gatum sine ullo tignorum uel ruderum usu: #
 ne decetero tam facile conflagraret. Anthemi⁹
 uero cuius nuper meminimus erat qui hoc ma-
 chinabatur et extrucebat: erat autem in eo par-
 quaedam testudinis et intermedia quidem que
 ceteras superaret edificii partes: terreinoti ex-
 cussa: quam Imperator longe firmitus ex edifi-
 cati curauit: et maiorem in altitudinem extu-
 lit. Cum interea Anthemius mortem obisset Isi-
 dorus Iunior et machinatores alii quidam for-
 mam prius inter se contemplati: et quemadmo-
 dum offensa pars ad integrum reliquum se ha-
 beret: et quousq; offensio ipsa procederet: eam fa-
 stigi portionem que in orientem et hesperiam
 uergeret: suo in statu consistere permiserunt: q;
 uero arcturi noti ut e regione esset super conca-
 metatum edificium structa: introrsus paulu-
 lum porrexerunt: sensimq; sic ampliarunt: ut
 ceteris edificis plurimum conueniret: fate-
 returq; se inspectantibus ob rotundam laterum
 et equabilem dimensionem habere: ut uia hac
 possent uacui uastitatem illam in angustum co-
 gere: pusillamq; oblongi portionem subtrahere

quousq; undequaq; quadraret forma: his prom-
de ita edificatis desuper obfirmarunt: quod in
medio extat: siue rotundum: siue emisperium
fuerit: siue utcunq; murari id nuncupent fa-
bri: hunc itaq; in modum exstructum est tem-
plum: rectius quidem et optime circumactum
et undiq; quadrans: angustius tamen et in acu-
tum porrectius: ac deniq; tale: ut non tanto-
pere spectatores: ut quondam: in sui admira-
tionem conuertat: sed ut longe tutius ad om-
nes subsultus euaserit: sed satis multa de hoc
templo sunt per nos explicata: que utiq; erant
commemoranda: Nam uelle que in eo sunt
admiratione digna uerbis expromere superua-
caneum fore apparet: nec huius operis propri-
um: q; si quis forsitan uelit qui procul hinc ab-
sit haud secus ac si presens contemplaretur
apertius ea pernosse: Legat pauli flori in exame-
tris scripta qui primatum apud imperatorem
hoc tempore inter ei² terre presidet tenet: & si-
cut generis gloria decoratur: ita et a suis ma-
ioribus opes est amplissimas nactus: ad que ta-
men accedit et eruditio et impensa eloquentie
opera: quibus maxime gloriatur. Scripsit hic
et alia multa premita memoratu et laude

digna: que uero de hoc templo perscriptis: labore
 et arte refereta eo magis uidentur: quo et mira-
 biliorem constat esse materiam: apud hunc naq;
 quemuis optimum collocati templi compertur
 et ordinem: metallorumq; item naturas subtilis-
 sine conquisitas: uestibulumq; ipsum decenti
 quidem et necessarium: magnitudines prete-
 rea altitudinesq; et figuras in rectum produc-
 tas: ac quemis alia siue circularia: siue pendē-
 tia: siue porrectiora: huius ex uersibus nosse
 insuper poteris sanctius illud sacellum argen-
 to auroq; constare: et in misteria dumtaxat et
 sepositum: pretiosissimisq; rebus et mira uarie-
 tate ornatum: et siquid aliud eo in templo fue-
 rit cognitione dignum: haud secius atq; noue-
 ris qui crebris in ambulationibus omnia spec-
 tando rimentur: Eodem anno uere iam inuen-
 te: de repente et iterato ^{byzantii} urbem pestilens morbus
 truasit: et infinitam sustulit multitudinem: et
 haud tamen prorsus cessauit: ex quo tunc pri-
 mum anno Iustiniani imperii quinto irrepere
 nostram hanc regionem coepit: Interca uero
 alio item atq; alio diuersim ea pestis transf-
 gressa: locis iam multis mutuo deuasatis his
 qui reliqui byzantii fuerant: ad breue quiete-

data: tanq̄ ut reor: tunc statim eludens: iterato
eodem se contulit: rata ut arbitror: citius inde
se abscessisse q̄ decuit: interibant itaq; repentina
morte q̄ multi: tanq̄ apoplexie graui morbo cō
repti: qui plurimum resistebant: ad quantum ≠
iux diem uita defungebantur: morbi autem
recentioris species erat: pristino similis: febres
siquidem ad egritudinem aliam intumesce
tem adiecte continuæ: non ad diem durabant:
nec mediocriter lassabantur: sed solo eī interi
tu quem forte cepissent finiebantur: nonnulli
uero nec febre preuenti: nec dolore ullo affec
ti: secretum dum facerent: ut domi: ita et pu
blicis in locis: sicubi id forte contigerat: proci
bebāt extemplo exanimis facti: perinde mortē
in promptu haberent: omnis itaq; etas passim
iam interibat: et pubescens precipue et florida
et in his mares q̄ maxime: nam feminae non
admodum simili morbo afficiebantur: qui ue
tustissima igitur ægyptiorum dicta: qui ue
iuxta perlas superiorum motus q̄ optime cal
lent: temporum quorundam reuolutiones cū
infinito mundo deferri affirmant: nunc pro
speras felicisq; nunc aduersas et plane infau
stas esseq; presentem periodum sinisterum e

numero et pessimorum: hinc namq; ubiq; bella ui-
 demus conflari et urbibus seditiones pestilentef-
 q; insistere morbos: et omnia detraq; commisceri:
 quidam uero diuinam iram exciui mortalibus ef-
 se causam dicunt: quæ non immerito humani ge-
 netis nequitias punit: et hominum multitudi-
 nem mutilando concidat: mihi uero utranq; opi-
 nionem inquirere: et uetorem decernere: haud
 quaq; est hoc tempore admitendum: cum id for-
 te ignorem uel si forsan satis intelligam: neces-
 sarium tamen haudquaq; nobis id uisum pre-
 sentibus de quibus dicendum est conuenire. #
 Nam si breui que obigere commemorari: hoc solo
 historie legi est inseruitum: Super his autem
 ciuitati et alia pleraq; eodem tempore incide-
 runt tumultuosa et turbida: et nil minusq; ea
 que diximus permolesta: sed qualia fuerint ex-
 plicaturi mox sumus: si prius et breuiter uetu-
 stiora quedam nos transegerimus. Vni quo-
 dam circa Lacum meotidem loca incolere: in
 arcturum poti^u uersi: ut barbarorum et ceteræ
 nationes: quotquot intra lincum montem asiam
 insident: hi omnes scythæ et vni uocitabant^{ur}
 seorsum tamen et per generationes nam partim
 cotrigori appellantur: partim vltizuri: partim

viragundi partim alias utcumq; patrum illis
est gentibus et consuetum denominari. hi itaq;
anni longo post tempore in Europam subito tra-
iecerunt: siue ceruo: uti fert fama: et in uero tunc
primum his duce facto: siue aliena quadam usi
fortuna: et lacus aque que in pontum euxi-
num deferuntur defectiores sunt his interea vi-
se: utcumq; tamen res se ipsa habuerit: ubi hi tra-
miserunt: diu per alienam uagati: demproui-
so excursionem facta: ingentem iacturam locorum
incolis intulerunt: atq; adeo ut primis illis &
depulsis habitatoribus: eas ipsi sedes tenuerit:
in quibus erant non diu alioquin permansuri:
sed funditus ut aiunt perdendi. Sed vltin zari
Burgundi q; ad Leonis usq; tempora romanorum
imperatoris celebres extiterunt: et robore prestare:
sunt uisi: Nos uero huius etatis homines nul-
lam istorum habemus cognitionem nec habitu-
ri impofterum sumus: siue quia prorsus obso-
luere: et nusquam sunt: siue quia suis exciti se-
dibus alio sunt et q̄procul abducti. Eo itaq; &
anno quo pestilentissimum morbum Bisantium
diximus inuasisse vniuersorum reliquie saluaba-
tur: erantq; adhuc celebritate et nomine clari
descendentes itaq; vni ad notum uentum &

haud longe ab huius fluminis ripis pro eorum ar-
 bitrio confidebant. Tunc igitur hieme iam inuen-
 te: huius fluminis aquae ut alias semper nimio
 pro algore magnam in profunditatem concretae
 constrictaeque obduraerant adeo ut perire tam-
 uis essent quam equis iam reddite. Zabergan igitur
 corrigitorum vnnorumque prefectus magna
 cum hominum equorumque multitudine dum
 per constrictos fluminis uortices nil secus ac
 terra iter haberet: facillime in romane ditionis
 loca pertransit: nimirum quae deserta iam essent:
 et prodeunti sibi nil impedimento fuisset: quo-
 factum est ut quamprimum in Mysiam Scythiamque
 transgressus. in Traciam demum perueniret: quo
 ubi est uentum: exercitus partem in greciam ut
 deimproviso sine custodis loca excurreret et
 popularetur: dimisit: et alias deinceps manus
 in cheronesium tracie. Cheronesi uero pars quae
 dam quae in curum Notumque uergit ad meridi-
 anum usque centrum circa Elepontum porrigit:
 cuius fretum cheronesium fere omnem circum-
 fluit: insinuatis littorum flexibus in angusti-
 orem usque continentis partem exin circumfert:
 quadragintaque dumtaxat stadiis coercetur
 ne cheronesium insulam faciat. In hoc igitur istmo

271

porrectior in edificatus est murus in utrunq;
mate productus: Interiorem in partem constitu-
tae sunt ciuitates nonnullae. Afrodiasias The-
scos ciberis ab his q̄ longissime ut iuxta ist-
mum et sinus littoreos sita et apud poetas ce-
leberrima Xestos ciuitas est: nec alia ut puto de
causa: nisi ex illo heroum cetv Leandriq; amo-
re et morte: huic haud longe aliud quoddam
adiacet castellum perexiguum quidem et in-
uenustum: et nil penitus nactum quod iuuat
Calipolis ita denominatum: vicus tamen huic
circumiectos agri excornant: promontoria itē
et arborum copiosa uarietas: aquarumq; flux⁹
terra irrigua: et plane fecundior: et ad necessa-
ria omnia abunde admodum suffectura. Tot
itaq; chronesi castella: tantamq; agrorum am-
plitudinem ita munitiones circumplectuntur
ut adiri per hostes haudquaq; facile queant. #
Zambergan igitur spe bona depastus: id animo
agitabat: nisi obiectum hunc caperet inurum
et uersari in locis interioribus posset: uel mare
simul in potestatem se protinus redacturum:
ex eoq; somniabat affuturam sibi non paruam
nauium copiam: quibus in Asiam esset per an-
gustissimum illud et intermedium fretum qd

nec asperis quidem scanditur undis: summa fa-
 cilitate et mox traiecturus: abidoq; capta et po-
 torum simul decimarium illud repentiul sub-
 laturus. His itaq; uanis consiliis concitatus
 in cheronesium tantum exercitus misit quan-
 tum ad id negotii satis fore exiustimabat: ip-
 se uero cum equitum milibus septem recta ire
 constantinopolim pergit: agros depopulando
 temptandoq; proxima quaeq; castella: ita ut
 passim omnia perturbaret. Sed eius in has par-
 tes profectionis causa fuit: barbarica iniusti-
 tia quaedam: et nimia habendi cupido: dissi-
 mulando tamen vtrigotorum pretendebat
 et causabatur inimicitias: Siquidem Sandilch^o
 quidam et vnus sue gentis prefectus erat: &
 ut beniuolentissimus: ita et foedere romanis iue-
 tus: hunc nimirum Romanus Imperator cole-
 bat: tenuolentiaq; et honore prosequabatur
 et multis simul muneribus condonabat. Cotri-
 gori igitur cum nihil huiusmodi essent rerum
 participes facti: sed omnino despicerentur: et
 apertioribus afficerentur potius contumeliis:
 hunc comparandum esse exercitum censuerunt
 ut et ipsi terrori ceteris essent: et sibi perinde
 illatam iniuriam uindicarent: et digni iam

uiderentur de quibus haberi ratio posset: cum &
itaq; prodeuntibus his nemo obuiam iret: incur-
siones libere factitabant: et agros depopulati in-
gentem auerterant predam: magna uero captiuo-
rum coacta: quos inter et feminae q̄ multe: ut
nobiles ita et continentissimae crudelius trabe-
bantur: quae utiq; infeliciores eo maxime erant
quo et barbarorum ministrare profusa libidini
cogebantur: quin etiam barbari homines pleriq;
uel c. sacrario abductis uim inferebant: quae a
paruis iam pridem nuptiis renuntiaissent: et se-
culi uoluptatibus: ac uitam ut degerent in re-
moto aliquo domicilio conderentur: deo ad sup-
plicandum idoneo: et id magnifacere ut semo-
tae omnino et libere a quouis hominum contu-
bernio q̄ procul abessent: quietiq; se solum p̄mit-
terent. Erant praeterea quae cum barbarorum re-
pudiarent concubitus: uel partui proxima: si
quae forte istiusmodi esse tunc contigisset: ita &
distrabebantur: ut si necessitas ipsa pariendi in-
grueret: in ipso itinere et in propatulo fetum
mox ederent: nec uerecundos possent partus do-
lores obtegere: uel hos urgentes significare un-
de uel editi plerunq; infantes canibus discer-
pendi et aubus in solitudine relinquebantur.

perinde iccirco essent in lucem producti et frustra
 q̄ nati fuerant hi degustassent rem sane calamito
 sam ut eo tandem res romanorum redact.e iam
 essent: ut uel in circumiectis regie urbi locis a bar
 baris: etsi per paucis quidem mala hæc inferren
 tur: quibus tamen non coterus audacia fruieba
 tur: sed urbem uersus progrediendo ad longos
 quos nuncupant muros se facile contulerunt:
 et presidis que infra hos essent appropinquabat̄
 iam enim pre uetustate et negligentia maioris
 presidii dissolutum ceciderat ædificium. Tum
 barbari ipsi uel stantes in partem aliquam mu
 ros: haud secus ac sua intrepide disturbabant:
 nec aliquid erat quod hos coereret: cum nul
 lum eodem esset militare presidium collocatum
 nec ulla ad defensionem tormenta nec demum
 si forsitan affuissent qui ea tractare satis cal
 lerent: non canum larratus audiebat̄: non
 hominum fremitus: etsi non id dictu ridiculū
 sit tanq̄ porcorum in claustris romani exercit̄
 interclusi manebant: tamen si uel si eo numero
 essent quo tunc primum et ueterum imperato
 rum tempore recensebantur: et non in minimam
 partem redacti: haudquaq̄ sint tamen imperii
 magnitudini suffecturi. Nam cum ad quinq̄

et quadrīgenta milia sexcentaq; bellicosissimoz
uicorum: uires omnes apud romanos tunc tempo
ris cogrentur: uix ad centum et quinquaginta
nunc milia rediguntur: que partim in italia
partim in libia partim in hispania: partim apd
cholchios: partim alexandrino in agro: et circa
Thebem egypti erant pauculi preterea quidam
in orientem circa persarum terminos stationem
habebant: non enim multis hisce in locis pro uic
tis fiederibus et obfirmatis inducis opul erat:
Sic itaq; ad perexiguam partem redactæ tot ho
minum copie sunt: et principum negligentia
interfuisse Iustinianus nanq; ubi italiam omnē
in potestatem redegerat: et libiam cepit: totq;
et tam maxima confecit bella: primisq; ut di
xerim ita: romanorum omnium qui Bysanti &
imperium tenuere: ut nomine: ita et re ipsa li
bere potestatis esse imperator arguitur: et alia
pleraq; in ipsa uiuenta et corporis robore gessit:
circa ipsum deniq; et postremum uite decursū
iam enim senuerat: renuntiasse laboribus faci
le apparebat: et oblectamento potius erat: ut in
ter se hostes armis decernerent: vnde et doni
nonnullos mulebat: uel ea arte ut cuiq; po
terat repellebat: uel forte efficiebat: ut sibi

considerent plurimum: uel suo ipsi discrimine bel-
 la gererent: quo factum est: ut exercitus ipsos: et
 si defidia et bellandi defaetudine diuturna cor-
 ruptos: perinde non imposterum necessarios ne-
 gligeret: unde uel eodem torpore capti qui secu-
 dum in principatu locum tenerent: et exercitus
 regerent: a subdiuis uectigal exigendi curam
 susceperant: ex eoq; exercitibus necessaria un-
 partiri: partim superbius stipendio fraudare: et
 partim tardius longe q̄ opus esset illud depen-
 dere: uel eo utcunq; depenso computationem
 fraudulentem et turpiter exercere. Scribis in-
 stando uel persoluta stipendia reuocando im-
 pudenter agere: idq; premi et dignitatis mili-
 tibus soluere: criminationesq; alias utm atq;
 alias et sepe inferre: cibatorum partem subtra-
 here: et haud secus q̄ in aquarum defluxu re-
 fluxuq; nescio quo pacto uel stipendi partem
 quam forte agminibus dependissent: retro ad
 se unde defluerat reuocarent: hoc modo Ars
 omnis belligerandi uel acie decernendi negli-
 gebatur: ita ut partim cibi oppressi carentia cer-
 tamina ipsa relinquerent: in quibus diutissime
 coaluissent: partim alio se conferrent: ut ad
 uitam aliam transituri: unde in Scorta Auri

gasq; et homines eiusmodi effeminatos ac deli-
ctis deditos: ciuilesq; in seditiones dumtaxat
intentos et corporum curam: contentiuosos au-
daees furentes: et in alia demum minoris lon-
ge momenti: militare stipendium absu-
mebat: quo factum est ut non solum Thracia sed
uel proxima regie urbi loca deserta iam adco
essent: et sine ullis custodis derelicta: ut barba-
ris peruia fierent: et ad incurfiones nimium
oportuna: nam illi eo euaserant insolentia: ut
uel ad Melantiadem uicium castra posuerint:
qui a Byzantio ne centum quidem et quadra-
ginta stadus abest: quem uicium Athiras cir-
cumfluit amnis: qui ferme exiguo progressi-
ens spacio in austrum uentum sensim decli-
nas in profundum fluxum eructat: ad cui-
ripam ipso in exitu promontorium habet por-
rectius: cuius appellationem et flumen id re-
tulit: hostibus itaq; tam proxime urbem statio-
nem habentibus: ciuium multitudo et time-
re tum primum sibi: et pauore percelli: et im-
minentia mala non solum qualia essent: sed
longe maiora animo agitare: somnareq; ob-
sisionem: incendia: futuramq; necessariorum
carentiam: inenium diruptiones: itaq; intra

ciuitatem in publicas uias fugere subito multi-
 tudinis factae impulsionesq; mutuae et pauores:
 ut quidem pretrepiditata et temerari: perinde
 iam barbari in se impetum fecerint: in forumq;
 ex portarum uiolento impulsu crepitus ingens
 iam edebatur: atq; adeo: ut non modo plebeios
 et obscurae sortis homines timor inuaderet sed
 magistratus omnes: et Imperator haud parui
 quae acciderant facerent: Dehonestabant itaq;
 imperatoris ipsius permissa sacra omnia templa
 extra urbem locata: europaeq; e regione: littori-
 riq; adiacentia loca: quae utiq; a Blacernis: id
 loco nomen: initium sumunt: et in pontum
 usq; euxinum porrecta sunt: et ad uosporiam
 definunt. Ex his itaq; omnibus locis quae pre-
 tiosiora essent oblationum: cum caetero appara-
 tu his necessario partim plaustris deferentes
 intra urbem deposuerunt: partim inuecta na-
 uigis: et intermedio traiecto fito in aduer-
 sum litus in continentem mox deuebunt: vi-
 deres tunc sacras nudatas aedes: ut suo splen-
 dore sic et ornatu priuatas: perinde antea f-
 nunq̄ dicatas nec religionis quaeq̄ aut sanc-
 titatis sortitas: sed ut nuper fundatas: adeo
 autem terribilia erant et ingentia illa di-

scrimina et tantopere: ut occisura omnino ani-
mis ipsis concepta: ut uel in Syces mentia chry-
seamq; portam: primores quidam prefectiq; et #
armatorum vis magna infederint: hostes op-
pugnari: si se forte inuaderent. Dum inte-
rea ciuitas omnis tumultuando maximum
in modum perturbaretur: et barbari haudq; q;
proxima quaeq; depopulari intermisissent. Be-
lissarius clarissimus olim prefectus: et si pre-
senectute in curuitatem iam declinasset: mit-
titur tamen per Imperatorem in hostes: eo ar-
morum habitu circumactus: quibus a pueri-
tia iam insueuerat: unde et rerum per se quon-
dam gestarum recordatio succurrebat: et ipse
quidem de se mira animi propitidine iuuenis
munera exeebatur: id namq; ultimum illi in
uita certamen fuit: nec sane minorem ex eo re-
tulit gloriam: q; ex vandalis olim gothisq; de-
uictis: siquidem malorum praeteritorum et fu-
tutorum iam desperatio: ut conatus hosce ma-
iores fore superbioresq; arguebant: ita et uicto-
riam periocundam. Belissarius itaq; haud pro-
cul ab urbe progressus ad chertumecam: id #
loco nomen: positus castris: summam pre se rei
militaris peritiam tulit: et maiora ausus est:

155
q̄ eius canicies ferret: erat nimirum iam effete
etatis: debilitateq; uti par erat: non mediocri
detinebatur: haud tamen adhuc uidebatur la-
boribus concessisse: nec alias uitae percupidus. #
Hunc uiri trecenti: uel eo amplius numero se-
quebantur: preualidi omnes: et qui secum una
nonnullis certaminibus antea et strenue insu-
darant: ceteri turba erat inermis et plane im-
bellis: et qui sola in experientia pro suauissimis
pericula ducerent: quippe qui uisendi gratia
potius q̄ rei gerendae in expeditionem iuissent:
his praesidio erat e proximis uicis agrestium
copia: qui per barbaros deuastatis iam agris #
cum se quo alio uerterent nihil haberent: ad Be-
lissarium agmine facto se mox contulerunt: #
Tum ille in tempore agresti multitudine fretus
patientiore fossa se suosq; circum egit: et explo-
ratores crebrius emittebat: hostium uires specta-
tum: ita ut quoad poterat fieri: uel illorum ex-
citum recenserent: ac demum referrent: quae #
ex his perceperissent: hunc ille in modum omnia
secum uersando: ex sententia exequabatur: Cu-
autem iam serum diei esset et nox aduentas-
set: per campos ignes passim incendi iussit: ut
ubi hos hostes spectassent maiorem esse exerci-

tum crederent: cum hunc ex ignibus metirentur
et sane ita esse sibi iam barbari persuaserant: unde
et formidine capti taciti confidebant: haud tam
ex hisce fallacis tanq̄ rei militaris prorsus igna-
ri conquieverunt: iam enim intellexerant roma-
norum adesse perexiguas manus: et sibi non bel-
lo pares Belissarii milites tamen mira animi ^{ad id}
promptitudine tenebantur: hostesq; iam asper-
nati: uel si infiniti in se impetum facerent: pro-
ptie uirtuti q̄maxime confidebant: ut qui et
romani essent: et in magnis periculis suas uire
periclitati rei bellicae studuissent: quorum ui-
rorum Belissarius cum ut animi magnitudine
ita et iactantiam percepisset: et q̄ acrius longe
q̄ oporteret instantibus periculis tam multum
infremerent: ueritus ne dum in ipso uitae disci-
mine uersarentur: et pede collato cum hoste ma-
nus conferrent: defecturi forsitan sint: uel in-
nimium spei euecti effuse subirent: et pro arbi-
trio quo uellent ferrentur: cum faciles quidem
et placidi rerum his uiderentur euentus: et ne
haec euenirent cauendum ratus: coacto mox
in unum exercitu: ut iam imminente certami-
ne: progressus in medium orationem huiusmo-
di habuit. Non equidem uiri ut a timore ad

186
confidentiam uos crecturus: quod fieri ante
initum certamen solet: huc ad uos uenio pro
consuetudine uerba facturus: si quo forsitan
modo romanos milites bello semper uersatos.
et qui: ita ut dixerim: magnarum gentium res
publicas euecterunt: Nunc uero aduersus bar
baros bella gesturos: uagos hos quidem et un
nos cotrictosq; perinde formidinem demptu
rus commonefaciam. Sed cum in uobis ut
animi inesse multum perspexi: ita et audacie
plurimum et ultra q̄ decet uos demum efferi:
non superuacaneum fore existimaui ueteris
uestre modestie uos meminisse: siquidem qd
modum excedat ubiq; cauendum est sapien
tibus. uel si in laudem forte id sit concessurum
et eotenus his gloriandum qui pro rebus olim
egregie gestis forsitan efferuntur: quoad cre
dulus ipsa et confidentia: qua et spes est: pos
se uos semper similia consequi: ex animo pro
pulsare prudentiam nequeant: uel se ad inso
lentiam prorsus euehere. Enimuero qui ad id
proiecti dementie sunt: ut nec moderati quip
pam audire nec pensi queant: profecto uel
ad Deum oppugnandum sunt euasuri. Ad
hec illud considerandum: q; si barbari nostri

177
sint uiribus longe inferiores: sed alioquin multi-
tudine superent: uel si id quod utrinq; abundat
scrutando nos expendimus et in æquum id
quo exceditur redigatur necessarium sit: cur
non indecorum fuerit uos propinquo ex appa-
ratu: ad id petulantia et incontinentia per-
uenisse: ut nec tempus quidem nec ordinem
nec temerarios fortunæ casus magni nunc
faciatis: Non enim reor corporis uiribus poti-
us q̄ recto iudicio: et prouida cogitatione posse
hostes perueniri: quo enim pacto: et ipse qui
ad id senectutis peruenerim: et belligerandi
iam tempus excessi: in acie uersari nunc et
periculis possem: nisi consiliis utcunq; probi
considerem: Sigitur et senectutis infirmita-
tem: mens quidem ualidior ac decentium re-
rum percupida: fortiozem proculdubio red-
dit: ad eaq; excitat et peragendum confir-
mat: prouidentia quadam supplendo ætatis
defectus: quomodo et nos non potius longe
adiuuerit si iuuenili huic uestre ætati et cor-
poris robori sit hæc affutura: nam minus
prosperos rerum euentus: qui uel fortuna fi-
unt: uel manuum debilitate atq; ignauia:
tutior forte et prudens aliqua cogitatio: &

117
que coaptare se casibus nouerit: in ea transfere
que expediant poterit: et siquid peccatum est
confestim sarcire: uerum ubi mens labat: et faci
le fallitur: ne ea que in rem sint: internoscat: si
eorum que inconsultius fiunt: quicquid accide
rit: unde nam tibi desumpseris: quod sit salu
ti futurum: et presens reuocare periculum
queat: si forte precipuum illud: quod hec om
nia pariat: auertatur: Sed subibit quem pia
admirationo nouum me quoddam commone
faciendi milites genus per id tempus adinue
nisse: cum longe prius erigenda in uobis con
fidentia esset: et animi promptitudo. At con
tra: hec quidem ipse nunc silleuo moneoq;
et in dubios quosdam cogitatus inminuto &
segnes moras: ac spem ambiguam facio: Sed
alioquin id mihi periocundum uidetur: et
ad sperandum quoptime ducit: si cum huius
modi uiris in bellum concessero: quibus si id
queam persuadere: ut sibi audacie paululum
demant: satis eloquens uidear: Velum ante
certiores uos factos haudquaquam ualidioribus
uiribus qui prudentia careant: optimos
a scribendos esse conatus: et preclara facino
ra: sed inconsulte potius audacie ac petu

lantia et bene constituta consuetudinis euer-
sioni. Animi itaq; promptitudo apud uos ma-
neat uelim et maximum in modum ut flore-
at: si modo a mente castigata quadam et conti-
nenti rebusq; decentioribus pendeat: audaciae
q; quod nimium est et in temeritatem uos ferat:
intercedat. Non enim socordiam timorem ue-
infert cogitatione uersare: quemadmodum
presentibus rebus utendum sit sed grauitate
et audentiam. Sic enim ubi demum quae pro-
futura sunt innotuerint illud sequetur om-
nino: ut iure audere omnia queas: tanq; non
in ancipitem fortunam euectus. Sed uestrum
quis dixerit haudqua; posse generosam na-
turam: quae non iniuria commouetur et Labo-
ri q; maxime optet continenter insistere: tam
subito cogi: uiolenterq; ad quietem et remissi-
onem traduci et ultra q; necessitas postulet:
moras protrahere: uel tempori intermittere et
oportuna consilia: presertim cum eadem ipsa
natura ea molestius ferat: quibus in nos bar-
bati debacchantur: qui omnia impudenter
et agunt et uastant: ita ut uel ad regiam ip-
sam urbem incursiones audeant facitare sed
habeant ita se ista et experientia confirmen-

tur: ut merito hostibus succenseatis: qui abusi
 uestra patientia sint: sed facile equidem fore sa
 pientibus duxerim animi iracundiam et per
 turbationes frenare continereq;: in obuios quo
 q; temerarios impetus: et salua dumtaxat
 ut dignitate ita et animi magnitudine atq;
 constantia aduersantibus quibusq; obistere.
 Nam ex hisce animi motibus quicumq; reru
 sint delectum aliquem nacti: his fuerit enxi⁹
 inherendum: qui puriores utriq; ac decentio
 res deniq; sint: qui uero seorsum et in contra
 rium euentum deuoluti feruntur: haudqua
 q̄ semper utendum est: nisi quandiu incommo
 dum cesserint: Sapienciam igitur puriorem
 esse probamq; nec ulla ex parte adultera
 tam: nemo non uestrum fatebitur: Ex Iracun
 dia uero quod strenue fit: est quidem gloria &
 dignum: nimia tamen audacia fugienda est:
 nec profus conducit: quocirca ex hac ipsa que
 potiora sunt deligendo: et in rebus bene geren
 dis intermiscendo prudentiam: Imus sic au
 dacter in hostes: ut re nulla et necessaria par
 uis facta: id solum intelligamus esse nobis ad
 uersus barbaros decertandum: qui predonum
 quidem in morem excursions facere assueti

nec satis gnauiter in acie decertare: uel in præ-
liis ipsis diutius perdurare: prorsus indocti:
ubi primum statarium et se inuadentem in #
acie militem uiderint: ac suo ordine ductum
extra munitiones et non inra mania se op-
pugnantem: profecto mox sunt pristinam eo-
rum deposituri consuetudinem: cogenturq; #
propius ut se nobis immisceant: ac pede colla-
to armis nobiscum decernant: necessitate ipsa
ad id instruente: nobis uero modestia fretis pa-
tri ritus ex usu: ad rem gerendam consultius
prodeuntibus: experientia ipsa intelligent di-
uturnam exercitationem et animi promptitu-
dinem fore cuiq; potiore[m] q̄ repentinu[m] sint et
inuiti conatus. Vbi hæc Belissarius perorauit:
milites ipsi quæ usui forent iterato edocti: et
si suo et pristino corporis uigore ac uiribus #
tenerentur: plus tamen his modestiæ merat-
q̄ antea iactantiæ fuerat. Et sane his animis
hisdemq; institutis plenos fuisse Lacedæmoni-
os autem (ut maiora minoribus comparē)
quos circa Leonidam fuisse ad Thermopylas
ferunt: Xerse iam se inuadente: sed illi ad in-
ternitionem omnes interiere: hoc solo strenue
ac prole fecisse comperti: q̄ non turpiter et #

per ignaviam mortem occubere: quippe qui per
 sarum q̄ multos antea occidissent. At Roma
 ni qui tunc sub Belissario militabant. Laconi
 ca proculdubio usi sunt audacia. nam et ho
 stes in fugam primo congressu penitus auerte
 runt: magna illis illata clade: cum ab his ip
 si minime sint uel molesti. e uel magni momen
 ti rei quippiam passi. barbarorum namq; duum
 milium equitum turma cum tumultuosius
 et ingenti cum ululatu aduersus romanos ia
 aduentaret: facile hostes se comprehensuros ra
 ti: de subito eorum aduentu Belissarius per spe
 culatores certior factus: copias omnes his ob
 uiam suas extemplo educit: occultans quoad
 poterat fieri suorum paucitatem: et delectis
 equitibus ducentis scutatis omnibus hasta
 tisq; utrinq; intra proximum nemus hos in
 insidias locat: qua hostes in se facturos incur
 sionem existimabat: premonitos ut ubi iuben
 do his signum dedisset: existerent omnes: bar
 barorumq; phalangem hastas in hos iaculan
 do inuaderent: ut aliunde pressi et ipsi reprim
 erentur: quibus futura erat mutilis multi
 tudo: cum in angusto acies extendi non pos
 set: sed in se ipsa conuolueretur. Tum Belissari⁹

agrestibus iussis: hostes ut altius in clamando
deterrendoq; sese quocunq; iret consequerentur:
inter suos medius constitit: ut ex aperto hosti-
um exciperet impetus. Barbaris itaq; hoc pac-
to progredientibus in insidiarum loca cum
eorum maxima pars peruenisset: suis protin⁹
his obuiam Belissarius ipse eductis: ubi in con-
spectum uenit impetu facto: fortissime hostes
inuasit: subsecuti agrestes et imbellis cætera
multitudo: ex hominum uaria colluione et
conflata: cum ingenti clamore: fustibusq; ad
id secum delatis: quorum ex mutua collisio-
ne sonoro crepitu facto bellantibus suis ani-
mos faciebant: tunc demum dato insidiato-
ribus signo: et hi ex insidiis deimproviso exi-
stunt: et transuersam induunt aciem: itaque
utrinq; feriunt romani hostes in medium ac-
tos: ululatusq; plurimus et strepitus pariter
maior longe q; pro belli magnitudine factus.
Tunc barbari cum undiq; iaculis ferrentur:
id nanq; Belissarius ita fore precogitarat: in
se ipsos adglomerati pedem iam referebant: &
coangustati compressiq; tueri se bellando mi-
nime poterant: siquidem nec sagittandi locut
his esset: neq; obequitando liceret excursionel

100

crebrius facere: nec cornua ipsa quoq̄ pacto extē-
dere: nam orbe facto contineri haud secus circulo
uidebantur: ac magno essent exercitu circumuen-
ti. porro quia tergis romani incubuissent ingen-
ti cum clamore et crepitu: his terrorem inculle-
rant: puluis preterea in sullime clatus: haud
quaq̄ his permittebat: eorum ut numerum qui
secum certarent sat nosse. Primus omnium
Belisarius ipse eorum quos obuios habet q̄ml-
tos obruncat: depulsoq̄ suo e latere hostes in
fugam compellit: proinde alius item atq̄ alius
sibi iam insistentibus barbari terga uertunt
et in compositi palatq̄: feruntur: nullis post se
custodiis positis: sed ut cuiq̄: usum fugam ca-
pessunt. Romani uero acie instructa hos insec-
tati carpendo postremos quosq̄: qui in manus
offerebantur occidunt: cædes magna in bar-
baros facta effusa iam fugientes: nam et eqs
habenâs prorsus laxauerant: ad hæc et fla-
gella equos urgentia accedebant: atq̄: adeo
ut cursu et concitatione equorum celeritate
preuerrere uiderentur. Defecerat preterea bar-
baros pre timore ars ulla quam exequi pro eo-
rum consuetudine q̄maxime solent: ut fugi-
endo acrius longe se insectantes oppugnent

dum ex equis in hostem mox uersi sagittas im-
mittunt: quas utiq; tunc uiolentius in quem
destinarint infigunt: quod sane eo facilius fit
quo illi in se persequentes recta et ex aduerso
maximo impetu deferuntur: et insectatores ip-
si effuso cursu in arcus prouendo sagittas se-
induiunt: et uulnera acriora excipiunt: dum
his obuiam eunt. Tunc tamen vnus arma
iam omnia obtorpuerant et intractabilia ui-
debantur: nec attemptare quidem ullam re-
pugnandi artem mens erat. Barbarorum igitur
quadringenti fere eo periculo cecidere: roma-
norum nemo desideratus: pauci uulnerati. Za-
bergan vnnorum prefectus vix tandem cum
paucis a fuga se et libens quidem in castra
recepit. Nam Romani equis ab insectando in-
hibitis: maxima his causa salutis fuisse: nimi-
rum qui si paulo acrius institissent: occidione
proculdubio hostes ut metu percussos interfec-
turi fuissent. Sed barbari tam tumultuose ac-
trepide se in munitiones receperant: ut et cete-
ros qui his incustodiam relictis erant maxime
obturbarunt: ratos iam iam et se perditum iri-
ululatisq; et barbaricus protensior quidam
exaudiebatur: nam et desectas cultris facies

Lacerabant: comploratione more patrio facta
 Tum et uoluntate cum Belissatio sua mox repetunt
 rebus spe potioribus gestis et dignis quidem
 presertim prudentia Barbari demum ea iactura
 affectu sullatis extemplo e Melantiade castris
 retrorsum qua uenerant trepidi ferebantur
 Belissarius itaque et si uita ars bellica poposcisset
 abeuntes iam barbaros tergis instando et po
 stremos ut metu petculos carpando maiori
 cede afficere potuisset: presertim cum in fuga
 modum discessionem fecissent: ad urbem se ta
 men cum uictore exercitu non libens sed im
 peratoris iussu recepit: quem populus uniuersus
 ex fama rerum tam egregie et recens ge
 starum effusus obuiam cum urbem ineuntem
 spectasset: diuersim et per conuentus laudibus
 efferebat: ut qui salutem his peperisset: sed ma
 gistratus plerosque et principes ciuitatis ea pom
 pa offendit: inuidia et luore captos uiculis ut
 fit: que potiora sunt obtrectantibus: Belissa
 rium siquidem superbie inculabant ut glo
 ria elatum: et si iam deflaccentem populique fa
 uore et beniuolentia: perinde maiora quaedam
 sperantem: quorum de causa quicquid celerrime redi
 isset: atque adeo ut iuxta se non integram re

tulit gloriam: nec pro defudatis laboribus debi-
tis sit honoribus fretus: sed defluxisse iam illi ≠
uictoriae pompas iactabant: uanaq; omnia red-
dita et silentio pressa: Et sane hoc pacto maxi-
morum plerunq; animorum uis hebetatur: cum
nec honoribus hi extolluntur: nec digna facti
recipiunt premia: Sic ferme Res publicae pro
sapientum predictionibus defectiores reddun-
tur: in quibus ea sit et exercita consuetudo:
ut nulli digni deferantur honores: siue littera-
rum in disciplinis prestiterint quidam: siue isti
usmodi oportunius aliquid et pernecessarium
laudabiliter gesserint. Unni uero cum insec-
taturol se romanos suspicarentur: tumultuo-
siusq; longos quos nuncupant muros iam ex-
cessissent: ubi Belissarium reuocatum fuisse ≠
intellexerunt: neq; alius quisq; his insultaret
lentius iter habebant. Interea pars altera illa
exercitus quae Cheronesium obsidebat: crebri⁹
iam facto in muros insultu: admotisq; scalis
et machinationibus aliis: quibus urbes dele-
ri solent: quamsepiissime a romanis repelle-
bantur: quibus germanus Orothi iunior ad-
modum preerat: et tunc primum pubescens:
qui non minus peritia militari prestabat: q

181
animi magnitudine: Patria illi erat illyrica ci-
uitas Bederina uetusto nomine dicta: deinde
Iustiniana denominata: Iustinianus nanque
quia ibi primum editus in lucem fuisset: miri-
fice eam ornauit: et ex obscura prius nobilem
postea felicemq; fecit: ac suum illi impartitus
est nomen: Ea ex urbe Germanus cum origi-
nem duceret: non iniuria miro quodam illi
studio tenebatur: ex ea nanq; octauum et de-
cimum annum natus: ad regiam urbem se cō-
tulit: ubi perquam diligentissime cultus: in
litteratorum hominum disciplinis sedulo uer-
sabat: et ad litterarios ludos cum sepius
uentitaret: Latine etiam eruditionis partem
consecutus est aliquam: verum ubi ad pube-
scens ætatis finem peruenit: missus in Chero-
nesum est: ut exercitum qui ibi tunc erat prees-
set: et eodem iuuentutis acumen illud et ani-
mi promptitudo appetitisq; gloriæ decentiori-
bus rebus et necessariis explerentur: nec ipse
ad temerarios motus uulgaresq; impetus q̄pri-
mum uel discurreret uel profiliret: uel ad equo-
rum coloribus distincta certamina: in quibus
iuuenes: si non aliis his se potioribus applicat:
ut plurimum exerceantur: facile humi serpent:

necesse est et obturbentur. Ad cheronesum itaq;
assidentibus vnus et molestos se exhibentib⁹
intercidere eorum insultus indefinenter germa-
nus et in sui defensionem excogitare quascuq;
posset in hostem insidias: Erat nimirum de se
et suapte natura sic prudentissimus ut quæ
in rem essent facile nosset et si alias ætate pro-
uectoribus quæ facienda essent monentibus
facillime obsequabatur: fidemq; his adhibe-
bat: qui antea multis laboribus diligentiq; et
cura hostium certamina aduertissent. Cum
itaq; barbaris nihil omnino relinqueretur
quod exequi possent: nec ut decetero mænia
uel obsiderent: uel expugnarent: destinant
animis rem aliam ut audacem ita et genero-
sam: et quæ non minus se in discrimen dedu-
ceret: peremptare: eaq; uia uel cheronesum pro-
tinus occupare: uel demum deserere ac con-
quiescere: ad suosq; se recipere lares: harundi-
num longitudinis æque ac crassitudinis nõ
mediocris uel magna coacta: hisq; inuicem et
intertextis resteq; et uimine colligatis: cra-
tibus perinde compluribus factis: perticisq;
oblongis tanq; transstris superinectis: media
cratium extremaq; circumplexi: hæcq; ma-

ioribus uinculis colligando inuicem omnem eam
 matriciam commutabant constrictam ualidius
 compressamq; ita ut crates tres ad summum ue
 quatuor nauiculam unam conficerent latitudi
 ne satis ampla: quae homines quaternos exci
 peret et tanti fundi ut inuicta pondera firmi
 ter et tuto deueheret: ne sui leuitate demerge
 retur: istiusmodi nauigia centum et quinqu
 ginta breui sic fabricant: ut ad nauigandum
 agiliores his essent: quorum formam sic con
 seruiunt: partem ipsam anteriorem progre in
 spetiem lenius porrexere et recuruarunt: e
 lateribus uero utrinq; remigationem machi
 nati sic sunt: ut agi faciliter nauicula quaeq;
 sex palmulis posset: hunc itaq; in modum: #
 ut licuit in tuto omnibus constitutis: clas
 sem hanc omnem et harundineam: e regione
 hesperii litoris: ex eoq; qui supra urbem cur
 cum agitur sinu occulte immittunt: haec na
 uigia homines sexcenti ingressi: palearum #
 ingentem mox copiam in harundinum com
 missuras intrudunt: et rudi remigio in altu
 a terra longius prouebuntur: optimis armis
 muniti ad operam nauandam instabant hoc
 pacto rati: mare introitus euectos facile se #

finem ad nauigando superaturos: qui in infimam
muri partem porrigitur: et intrepide demum initi-
turos se penitissima loca: quae nullis essent muni-
tionibus nisi freto Eleponto circumacta: quib⁹
derebus per exploratores certior factus German⁹
sat callens haud longius processuram harundi-
neam classem: hostium irridebat temeritatem:
uel potius ea oblectabatur: ut quam sibi usui fo-
re sperabat: extemplo et actuarias uiginti mul-
tiplici remigio naues et ipsas amphiporas ar-
matis complet clipeos et archus gestantibus re-
curuasq; lanceas: remigibus nauclerisq; intro-
missis: muri interiorem in angulum: uelut in
insidias sic in recondito collocauit: ut haud
quaquam longius comparerent. Barbari autem an-
teriore postremaq; muri parte: et in litore pro-
minente iam superata: in interiora declinaue-
runt: ingentiq; animo et maiori audacia fere-
bantur: cum ex improviso romanorum actu-
ariae quas diximus naues comparuerunt:
obuam his uenientes: uel aquarum secundo
defluxu has adiuuante: obiectisq; proris iam
descendentes: uiolentius harundineas naues
inuadunt: quae primo statim ictu inuersae
supinat: eaq; exestuante salo ita inuoluebant^{ur}:

ut in tuto nulla consistendi superstantibus po-
 testas fieret: sed partim in fluctibus precipitati
 demergerentur: partim in nauibus in nauibus
 residerent: quid nam sibi agendum subdubi-
 partim uel stantes quidem: etsi non multum
 intimescentibus fluctibus obturbarentur.
 qui utiq; etsi perexigui essent ad nauium lé-
 borumq; motum harundinibus tamen ut
 uacuis: profecto grauissimi: nam et sullimes
 frequenter euehebantur: et incurstantibus sul-
 leuata gurgitibus referebantur retrorsum:
 quo factum est: ut ne temptare quidem bel-
 lum barbari possent: ut quibus curae qdem
 uel studii nil aliud esset: q̄ ut consistere pedi-
 bus possent et obfirmari: his itaq; tantopere
 obturbatis et hesitantibus: romani quocūq;
 res posceret agiliter occursando: haud secus
 impulsione nitentibus: ac si pede collato
 dimicaretur: hac arte q̄ multos mox suppri-
 munt: quippe qui firmiter in actuarius na-
 uibus inniterentur: et plerosq; gladio ferien-
 tes obruncant: in barbarorum uero nauigia
 quae procul abessent: neq; ad se propius pec-
 uenissent: tela confestim immittunt: recur-
 uatis prefixa spiculis: quibus unceas pro-

81
pendendo restes dissoluunt: tunc demum laxa-
tis abinuicem harundinibus et dispersim aquas
desuper fluentibus hinc inde propellebantur.
Vnū itaq; ubi se iam defecisset quo sisterent gra-
dum euestigio in profundum demergebantur:
ut mortem mox obituri insueta portione ingur-
gitati: hoc pacto ad internitionem omnes dispe-
riere: nec quisq; eorum superstes in continentē
euasit. Romani uero lectis extemplo hostium
spolis quæcumq; per aquas dilabebantur: ad
sua et priora loca reductis ingenti cum letitia
nauib; summa iocunditate et uoluptate ani-
mi incredibili ouantes ipsi et alacres uniuersū
exercitum impleuerunt: vnde in unum coacti
omnes utendum esse temporis oportunitate
rebantur: ex re bene gesta uel impoſterum pro
futura: Itaq; paucis post diebus armis q̄optie
communiti demproiſo e muro in hostes etup-
tione facta reliquam inuadunt barbarorum
se obsidentium multitudinem adhuc pro rete-
ti accepta calamitate merentem et territam.
Et prior ipse Germanus: ut qui pro iuuenili
nimium ac pubescenti ætate haud dum quire-
natur: e impetus coercere: sed glorie cupidi-
tate effrenataq; audacia plus longe euectus

q̄ prudentia in his necessaria et continentia po-
 scularer: intrepide hostibus insistendo preliaba-
 tur: non periti prefecti in morem incumbendo
 iubendoq; sed militis potius acie in media uer-
 sabatur: unde et in femore sagittæ sic ictum
 excepit: ut non multum abfuerit quin curan-
 dum esset ut a pugna abscederet: Necessitas ta-
 men incumbentium rerum et magnitudo ip-
 sa incepti conatus dolorem uicit: ita ut non
 prius operam de se nauando hortandoq; su-
 os defuerit: q̄ ingentem iacturam hostibus in-
 tulisset: multosq; obtuncasset: ubi uero pu-
 gnæ finis est factus: intra munitiones Roma-
 ni se receperunt: nihil ignari: nec tutum si-
 bi: nec recte consultum fore si cum hostibus
 qui multitudine prestitissent bella cominus
 gererent: Barbari uero et naufragio facto: et
 romanorum in se eruptione excepta: animo
 ancipiti erant: utrum eadem die et cherone-
 si campis excederent: et ad zambergam pre-
 fectum et eius agmina: ut ad deuictos iam
 uicti se statim conferrent: quandoquidem
 nec illi in greciam prius immissi memora-
 tu dignum quippiam effecissent: nec secum
 una ultimum oppugnatum uenissent: nec

a principio pertransissent Thermopylas ob un-
positum ei loco romanorum presidium: nam ea
hi erant e grecia in thraciam pertransituri: ut
ubi se cum thracibus conuinxissent tutius se
inde ad sua omnes reciperent. Interea uero q̄
circa Zambergan erant: non prius e grecia ꝛ
se recessuros iactabant: q̄ quemadmodum Tri-
gure nationes ille et barbare et ipsi magnam
pecuniarum vim accepissent: et quos iure bel-
li cepissent necessarii q̄ primum redimerent:
alias enim obruncatuos se hos ad unum
omnes comminabantur. Sed Imperator his
tantum auri misit: quantum ad redimendo
captiuos satis fore existimabat: ac ea de cau-
sa: ut pacifici et sine maleficio suis ex terris
abscederent. Barbari uero irer captiuos et
Sergium bachi prefectum restituere: quem ꝛ
paulo ante ut aduersa fortuna usum cepis-
sent. Sed barbari demum accepta pecunia
a preda uix abstinendo: ut domum iam abi-
turi per romanorum agrum irer habebant:
receptis paulo post et aliis copiis e grecia ꝛ
ad se aduentantes. Ceterum urbis regie ci-
uibus conuenta per imperatorem cum bar-
baris facta perinde ignominiosa et plane

seculia uidebantur: nec sane existimabant id
 quoq̄ pacto ferendum: q̄ barbari homines ubi
 tam proxime urbem uenissent: ut deniq; illu
 sari: non ad internitionem fuissent deperdi
 ti: sed post tot illatas sibi iacturas uel aurū
 dono tulissent: tanq̄ priores ipsi affecti iniu
 ria sint: Imperatoris tamen sententia: alia
 quaedam et longe maiora conspicabatur: ut
 non longe post ex uoto deniq; euasura: siqui
 dem qui prius se inculassent sic ciuibus per
 suasit: ut sui prudentiam simul et ingenium
 mirarentur. Deceuerat nanq; quauis hic
 arte barbaricas gentes inter se ipsas discor
 des efficere: et intestinis seditionibus debella
 re: ut autem quod animo agitarat mox eue
 niret. Dum interea Zambergan prefectus suo
 cum agmine iter lentius faceret: ad Sandul
 chum alterum barbarorum prefectum: qui si
 bi non solum esset et fædere et beniuolentia uic
 tus: sed mercede conductus: in hanc sententi
 am litteras misit. Si non te fugit quod nup
 corrigari aduersus nos animo agitarunt: et
 uolens quiescis: non iniuria ut tuam perfidi
 am: ita et nos ipsos magnopere demuramus.
 qui tuum erga nos animum haud recte per

speximus: et nostrum de te iudicium nos frustra
habuerit: q̄si non dum illud perdidicisti: et si ꝑ
uenia non indignus uidebere ipsum id tamen
sic pre te tuleris ignorasse: si decet teo haud q̄q̄
neglexeris. Corrighi huc se contulerunt non
ea mente ac studio ut perinde frustra suscep-
to utinere non nostra depopulanda censerent:
sed te ipsa significantes longe nos falli qui ꝑ
prestantioribus ac potioribus pretermissis: ti-
bi confidere maluerimus: non enim ferendū
id arbitrantur: si quis utrigoris parem se di-
xerit: uel hos mediocriter anteire: sed uix ꝑ
tamen laturi sunt: uel si maximo fateatur
excellere se interuallo: Et sane non antea ꝑ
nagari per traciam desiere: quam omne id
auri quod tibi singulis annis mercedis gra-
tia elargiri soliti sumus: ipsi mox tulerunt:
tamen si nobis per quam facile fuerit fundit̄
omnes: si modo id libuisset: deperdere: uel
saltem uacuos propulsare: sed id utrunq̄ om-
nissimas tue uoluntatis facturi periculum.
Q̄ si in uero fortitudine ac sapientia uales ꝑ
et te talem prestiteris: ut haud quaꝑ permit-
tas: ut tua sibi hi uendicent: nil minus a no-
bis es in posterum habiturus: nam ut hostes

nunc ulciscaris oportunitas adest: et de his re
 lata uictoria propriam ut mercedem recipias
 tanq̄ per corriguros istos delatam. Sin min⁹
 et tanta ab his affectus iniuria quiescere ma
 lis: timore ut puto perculsus et in turpissimā
 segnitē labi: tu quidem ostrenue priuat⁹
 p̄mio eris: et illi per nos donabuntur: re
 linque igitur si uidetur superbiam et disce
 potioribus subigi: non enim ignoras fcede
 ra nobis esse ad hos transferenda: quae ante
 hac tecum tuaq; cum gente conuinxeram⁹:
 stultum quippe et superuacaneum fuit
 cum uictis sentite: ubi conciliari uictores
 possunt. his Sandulchus litteris per inter
 pretem recitatis: rem grauius tulit: et pla
 ne furebat: frenareq; uiam uix poterat: sed
 eadem mox die a corrigoris q̄ in se adeo =
 insanissent penas exacturus processit: quo
 enim pacto non ipsis ex litteris perturbare
 tur: ingenio barbarus: et de se insolens: ac
 lucri indefinenter percupidus: Suo is igi
 tur moto exercitu: primum quidem deim
 prouiso hostium loca inuadit: et re subita
 qui in his resides fuerant perterrefactis fe
 minarum uim magnam et puerorum cap

tuam abduxit: deinde cottigoris e Thracia rede
untib⁹ et pauloante Istrum flumen transgressis:
exinsperato se obuiam offert: multisq; caesis pe
cunias simul quas ab imperatore acceperant &
ceteram predam his adimit: qui uero ex his
euaferunt: ubi ad suos uiuere se recepissent: cum ali
is coeundo et exercitu comparato: aduersus
hostes in aciem prodeunt: unde factum ut eo
ex tempore inuicem uersi ualidius confir
matis inimicitias: nunc quidem insultus mu
tuo facerent: nunc agerent predas: nunc ta
diu acie decertarent: quousq; utrinq; solutus
debilitatisq; uiribus: sic suis prorsus exciti
sedibus sint: ut uel patrium illud et vnnici
cognomentum ammiserint: et eo est calami
tatis vnnorum gens omnis redacta: ut uel
eorum pars aliqua et dispersa: aliis in seruitu
tem concesserint: et in dominorum nomen
suum deniq; commutarint: tantopere preteri
te impietatis et scelerum p. en. e. hos affecere:
Sed utriusq; gentis imposterum subsequuta in
teritio est: atq; adeo ut penitus generatio
hec aboleuerit. Barbarorum itaq; adhuc
gluscente seditione bisanti renuntiata: fate
ri tunc omnes et apertissime peruidere per

Imperatorem fuisse prouisum q̄optime et perq̄,
bene consultum: quandoquidem se inuicem =
dependentibus barbaris sine ullo armorum
motu in utrunq; belli euentum: sua ipse spe
fretus potius uictoria sit: nimirum cum quo
tidie barbari laboribus insudantes et dome
sticis malis intenti haudquaq; decereto ad
uersus romanos ire animo agitabant: nunc
uero ubi nam gentium sint plerisque inco
gnitum est. ~

FINIS

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





